familia, al's secus: vt.l.quod ait pretor.in fin.de noxa.ꝛ hec
14 sunt verba Bar.in.d.l.si familia. ¶ † Ex his terminatur ta
lis.q.villa tenetur capere malefactorem sub certa pena fue-
runt plures malefactores simul ꝛ nullum cepit: an teneatur
villa de pluribus penis, ꝛ sic tanꝙ pro pluribus malefacto-
ribus nō captis: dicas ꝙ pro vna pena tm̄: ac si pro vno ma
lefactore nō capto quem capere villa debebat, ꝛ tenebatur
virtute statuti ꝛ non pluribus penis tenebitur dicta villa:
ita determinauit Dy.ꝛ Bart.in.d.l.si in rixa. De ista tamē
q.latius dicam infra in glo.in verbo, fama publica ꝛc.versi.
queritur ecōtra statuto cauetur ꝛc.sed hic aduerte quia hic
15 fuit vnus qui prestitit auxilium malefactori. ¶ † Quid au-
tem si auxiliātes ꝛ mandātes erāt plures an satisfactio pe-
ne vnius liberet alios auxiliātes si simul mādauerint ꝛ au-
xiliati fuerint. Dic ꝙ non.vt est text.ꝛ ibi not.in.l.si plures
serui.ff.de noxa.ꝛ no.Bar.in.l.j.in fi.prin.ff.si fa.fur.fe.dic.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde ꝙ illa
prima distinctio quā primo adduxit do.
Angel.in hac materia de verbo ad verbū fuit Bartol.in.l.
16 semper.§.ꝙ si in sepulchro.ff.quod vi aut clam. ¶ † Sed in
hac materia adde vnā pulchrā limitationē ꝙ licet supra cō-
clusum fuerit ꝙ vbi maleficiū vnū est factū a familia seruo-
rum dominus tantum tenetur pro vno delinquente: puta si
familia cōmisit vnū furtū. Nam intelligas hoc verū quādo
delictū factū fuit ab omnibus vniformiter cōmissum: secus
si difformiter: quia vnus cōmisit furtum manifestum alius
non manifestum: vt est text.in.l. si quis per fundum.in fi.ff.
de fur.quem Ang. ad hoc dixit esse no. perpetuo ꝛ alibi nō
esse. ¶ Et in hac materia vide pulchra verba Gandi.in
tracta. maleficiorum sub rubrica de pena associantis ꝛ fu-
gere facientis homicidā. in versic. pone etiā de facto aliam
q. qui arguit ꝛ in terminis questionis nostre principalis:
imo videtur quod si iste Andreas prestitit auxilium Titio:
vt occideret ꝛ secuta occisione si Titius fuit punitus quod
Andreas auxiliator non debet puniri: quia regula extat ꝙ
vbicunqꝫ sunt culpabiles eiusdem delicti, ꝛ appareat ex cu-
ius ictu perierit occisus: ille solus punietur de occiso ꝛ ce-
teri de occiso liberantur.l. item mela.§. si plures.ff. ad.leg.
aquil.l.quoniam.C. de vi publica.not.in.l.si in rixa.ff.de sic.
ibi tamen Gandi.arguit pro ꝛ cōtra: tandem concludit ꝙ
pena vnius non liberat alium. ꝛ adde Gandi. in rubric. de
pena imponenda pluribus delinquentibus. ꝛ vide Bald.
in.l.j.C.si plures vna sententia.in.ij.colū.ꝛ Bald.in.l.j.C.de
condi.furti.qui decidit.q. de villa que tenebatur capere ma
lefactorem ꝛ plures fecerūt delictum ꝛ villa fuit negligens.
ꝛ adde Bar.in.l.cum si exhibuissent.§. si plures.ff.de publ.
Et in principali materia adde Innocen.in.c.sicut dignum.
extra de homici. ꝛ per Cyn. in.c.significasti.eo.titu. Alias
limitationes prosequere per Moder. in.d.l. si familia.ff.de
iurisdi.om.iudic.ꝛ in.d.l.si id quod.§.fi.ff.eo.titu. ꝛ omnino
vide argumen. Gandi. pro veritate inuestiganda que ipse
posuit pro ꝛ contra in.d.rubri. de pena associantis ꝛ fugere
facientis quem supra allegaui.
17 Auxiliatoribus ꝛ mandantibus existentibus pluribus: an
satisfactio pene vnius liberet alium si simul mandauerint.
18 Auxilium prebēte vno pluribꝰ: an vna pena tm̄ tenebitur.
19 Delinquentes plures ꝛ diuersa facta cōmittentes quomo-
do tenebuntur.
20 Delinquente primo non inferente vulnus letale quomodo
tenebuntur alij.
21 Vulnere letali illato ꝛ non apparente a quo an vno libello
plures poterunt accusari.
22 Pluribus existentibus percussoribus ꝛ non apparente ex
cuius ictu mortuus perierit: quando debent omnes condē-
nari vel non.
23 Vulnere vno letali illato: pluribus existentibus delinquen
tibus: quando omnes debent puniri vel non.
24 Vulnere vno letali illato: ꝛ alio non letali: quando omnes
puniantur vel non.
25 Pluribus prestantibus auxilium qui armati erant ad hoc
vt vnus aliquem bastonaret ꝛ ille occidit, illi non condem-
nabuntur tanꝙ occisores.

**Ange.** ¶ Et aduertas qꝛ hic fuit vnus qui prestitit
17 auxilium malefactori. † Quid aūt si auxilia-
tores ꝛ mandantes erant plures an satisfactio pene vnius
liberet alios auxiliantes si simul mandauerint ꝛ auxiliati
fuerint.dic ꝙ non.vt est tex.ꝛ ibi no.in.l.si plures serui.ff.de
18 noxa.ꝛ not.Bartol. in.l.j.in fi.prin.ff.si fa.fur.fe.di. † Quid
a autem si vnus prestitit auxilium[a] pluribus malefactoribus
simul an teneatur pro pluribus auxilijs pluribus penis di-
cas quod vna pena tantum tenetur tanꝙ omnes illi male-
factores pro vno reputentur cum tractet̄ de puniendo illū
auxiliātem propter illorum delictum. ita terminauit Dy.ꝛ
Bartol.in.d.l.si in rixa.in.ij.colū. Predicta procedunt quā
do auxilium ꝛ mādatum prestitū est per vnū pluribus vnū
maleficium cōmittentibus: secus si diuersa maleficia: quia
prestans auxiliū vel mandans pro vno quolibet tenetur: vt
19 dicit ibi Bartol. † Si vero plures delinquentes simul ꝛ di-
uersa facta fecerunt: quia vnus intulit vnum vulnus alter
aliud quomodo teneantur. si inferens vulnus letale primo
percussit ꝛ alij qui nō intulerunt vulnera letalia secūdo per-
cusserunt.tunc oēs tenentur de occiso: vt.l.qua actione.ff.si
20 quis seruū egrotū.ꝛ ibi Flo.ad.l.aquil. † Si autē qui primo
percussit non intulit vulnus letale: tunc secundi ꝛ non primi
tenentur de occiso.d.l. Item mela. Et hoc quando ista pos-
sunt apparere. si aūt non apparet ex cuius ictu periit: quia
nulla vulnera per se erant letalia: sed simul iuncta sic: tunc
oēs tenētur de occiso: ita dicit Inno. extra de homici.c. si-
21 gnificasti. † Si vero illatum sit vnū vulnus letale apparere
aūt non potest quo modo illatū fuerit: quia ignoratur quis
illud letale vulnus intulerit ꝛ delictū cōmiserint simul: licet
diuersa ꝛ delicta ꝛ facta: ꝛ tunc vno libello etiam mille pos-
sunt accusari vel cōtra eos simul inquiri etiā de occiso siue
de vulnere letali. facit qꝺ no.in.l.qui pupillū.§.fi.ꝛ ibi Bar.
ꝛ.l.vim passam..§.incestu.ff.de adul.licet quidā Albe.pap.
teneat contrariū.sed opinio gloss.Dy.ꝛ Barto. cōmuniter
tenetur de quo vide latius per Salic.in.l.quoniā multa.C.
ad.l.iul.de vi.ver. quero vt predicta ꝛc. nisi fuisset vnus au-
tor tumultus ꝛ belli.licet postea multi coadunati sint: quia
ſm Sali.ibi in versi.quero. extra gloss. vbi punitur ꝛc.quia
tūc autor solus de occiso tenet̄ ꝛ alij de culpa: vt.d.l.quoniā.
ꝛ est ratio quoniā oēs tenent̄. nā omnia ista reputātur pro
vno facto: vt.l.si quis homicidij.ꝛ quod ibi no.C.de accusa.
¶ Fallit in crimine adulterij vbi masculus ꝛ femina nō pos
sunt simul accusari: vt.l. si maritus.§.fina.ꝛ ibi Bartol.ff.
de adulte.ꝛ supradixi.

a ¶ Auxiliū pluribus. Adde tu satis in pposito Bar.i ꝯsi. ccxiij. inci.l.municipali cauet̄ vbi ꝙ stāte statuto ꝙ prestans auxiliū ad maleficiū cōmittendū puniat̄ in mille an prestās auxiliū pluribus ad cōmittenduꝫ maleficiū debeat puniri pro quolibet delinquente in mille.cōcludit ꝙ non.Ber.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde ꝙ pe
riculosa videtur illa decisio Bart.post
gloss.in.d.l.si in rixa. inquantū voluit in illo articulo quod si
nō apparet ex cuius ictu quis perierit ꝙ oēs debent deca-
pitari: quia certe ista videntur esse cōtra determinationem
22 gloss.in.l.itē mela.§.si plures.ff.ad.l.aquil. † Sed dicatis qꝺ
posito qꝺ doctrina Bart.ꝛ gloss.sit vera: tamen ego limito
qꝺ illa doctrina debet procedere quādo oēs qui erāt in rixa
percusserūt: ꝛ erant tot vulnera quot persone vulnerantes:
sed si erant decē simul in rixa: ꝛ reperit̄ qꝺ homo mortuus
nō habet nisi vnū vulnus tantū vel tria vulnera: tunc dico
ꝙ oēs decē nō debēt decapitari.imo nemo.ad hoc allego in
terminis Archi.in.c.si.xxiij.q.vlti. ꝛ idem voluit Ang.in.d.
l.si in rixa.ꝛ Ang.in.l.qm̄ multa.C.ad.l.iul.de vi.ꝛ Spec.in
ti.de homici.§.j.ver.sed pone qꝺ quatuor.ꝛ ideo tex.in.d.§.
sed si plures.in.d.l.item mela.presupponit ꝙ oēs vulneraue
rūt.ꝛ ideo ibi Bald.dicit qꝺ in illo.§.constabat omnes deli-
quisse. ideo omnes puniuntur de occiso: quia omnes vulne-
rauerunt.ꝛ ita cōsuluit Pe.de anch. in terminis.in consilio
b suo.ccxvij.[b] ꝛ ad hoc allego illum magnū practicū Gandi.

b ¶ In ꝯsilio suo. ccxvij. Adde qꝺ hic dictū Pe. de anch.seqt̄ Alex. de imo.in ꝯsi.xv. in.j.vol.ꝛ in cōsi. xiiij.l.iij.vo.Cep. in consi.xlj.ꝛ idē Alex.i ꝯsi.lxxxj. in.v.volu.ꝛ vide Pau.de ca.in cō sil.cxcij.in prima stāpa.ꝛ.ccxciij. in.ij.stāpa. Ber.

in tracta.malefi. sub rub.quomodo puniátur plures aliquē vulnerātes: ꝛ illo vulnerato descendente ex aliquo dictorū vulnerū: q2 in criminalibus nemo ex presumptiōibus debet dānari.l.absentē.ff.de penis.maxime capitaliter licet ipse nō alleget.est casus in.c.afferte.extra de presump.ꝛ ibi hoc notant Jo.an.ꝛ omnes: maxime cū in maleficijs debeant esse probationes luce meridiana clariores.l.vlti.C.de proba.nec debemus vti mendicatis suffragijs.l.singuli.C.de accusa.ꝛ iste nō potest probare cuius ictu sit mortuus.igit ꝛc. ꝛ ideo dicit text.in.d.l.si in rixa.ꝙ ictus vniuscuiusqꝫ est cōtemplādus.cum ergo deficiat vera probatio.s. quis eorū occiderit neuter de occiso debet dānari ad mortē.l. duo sunt Titij.ff. de testa.tutela.nam cum non apparet ex cuius ictu perierit pena est potius molienda.l. interpretatione.ff.de pe. ꝛ ideo dicit Gandi.ꝙ cū ista questio venisset de facto: consilio plurimorū sapientū nō occidit illos malefactores: sed quia cōstitit ipsos deliquisse cōdemnauit ipsos in pecunia: ne maleficia remaneant impunita.l.ita vulneratus.ff. ad leg.aquil. Nec obst.illa glos.in.d.l.si in rixa.quia est falsa fm Gandi. quia nemo ex presumptionibus debet dānari vt.s.probatū est.Nec obst.tex.in.d.l.item mela.§.sed si plures.ꝛ.l.ita vulneratus.quia locū habent quādo ciuiliter agitur ex.l.aquil. pro dāno dato ex seruo occiso: vbi ex presumptione habita cōtra reos quilibet insolidū ad dānum emēdandū ꝯdemnatur:sed aliud vbi criminaliter agitur vt supradictum est.Et ad hoc in terminis allego Bal.in.l.j.§.cognoscit.ff.de offic. prefec.vigil.qui dicit ꝙ ideo in.d.§.sed si plures.oēs puniūtur quia pecuniariter puniūtur non autem pena capitali. ꝛ
23 ita voluit Bart.in.d.§.sed si plures.† Intellige tamen predicta fm Barto.in.d.l.si in rixa.ꝛ Joan.an.in.d.c.signifi.ꝛ Gandi.in loco supra allegato procedere quādo in rixa ista sunt facta ꝛ sic tunc nō animo deliberato secus si animo deliberato iuerunt oēs ꝛ vnus percussit nec apparet ex cuius ictu: tunc oēs tenentur tanquā videātur prestitisse auxiliū vnus alteri.ita etiā voluit Spec. in loco.s.allega. ꝛ colligit ex doctrina Ang.post Bart.in.d.l.si in rixa.ꝛ Bart.in.d.l.
24 item mela.§. sed si plures.† Sed aduerte inquantū doctores volunt in locis.s.alleg.ꝙ si primū vulnus est letale alter secūdo dedit vulnus nō letale cum in corpore nō sano illud secundū vulnus est letale in rixa: ambo debent decapitari: intellige predicta quādo inferius secundū vulnus nō letale omnino efficitur letale in corpore non sano:sed si cōstaret secundū vulnus illatū in corpore vulnerato nō esse letale non haberet locū decisio Bar.per ratiōes ipsiusmet Bar.puta vnus dedit vnū vulnus letale in rixa in capite vulnerati. si superuenit secūdus ꝛ pcussit vulneratū vno vulnere paruo in vno digito:tunc nō dicerē hūc secundū debere decapitari per rationes Bartol.quia non omne vulnus illatum secūdo loco in personam iam vulnerati tale secundū vulnus est mortale:nam Barto.presupponit ꝙ secundū vulnus efficitur mortale propter primum vulnus:sed Barto. necessario nō decidit ꝙ omne vulnus secundo illatū sit mortale ꝛ hec probantur per dictum.§.si quis seruū egrotum ꝛ per doctrinam Bartol. in.d.l.si in rixa. Bene faciunt notata in.l. ita vulneratus.ff. ad.l.aquil. Ultimo in hac materia adde vnū pulchrum cōsil.Pau.de cast.in consil.suo,clxxxix. quod in-
25 cip.In Christi nomine amen in causa incarceratorum.† ꝙ si plures prestiterūt auxiliū qui erāt armati ad hoc vt vnus bastonaret aliquem.ꝛ sic cū baculo verberaret ꝛ ille talis postea occidit ꝙ auxiliatores nō debet cōdemnari tanquā occisores sed tanꝙ prestantes auxiliū homicidio.qd no.
26 Accusare possumus diuersos de diuersis delictis ꝛ temporibus: dūmodo tantum duos accusamus nisi nostram vel nostrorum prosequamur iniuriam.
27 Judex eodem tempore potest inquirere contra mille de diuersis criminibus diuersis temporibus cōmissis.
26 **Ange.** ¶ †Si vero vult aliquis diuersos de diuersis delictis ꝛ temporibus cōmissis accusare: ꝛ duos tantū tunc potest accusare.l.cū rationibus. qd ꝛ ibi not.Ang.ꝛ Bald.C.qui accusa.nō pos.diuersis tamē libel a lis.vt.l. hos accusa.§.l.iulia.ff.de ac. plures vero ꝙ duos [a] non potest eodem tempore habere accusatos nisi suam vel suorum prosequaꝛ iniuriā.d.l.cū rationibus: ita dicit Bar. in.d.§.leg.iul.ꝛ Cy.in.l.ij.C.de sepul.vio.ꝛ vide Bartol.in
27 l.inter liberos.§.maritus.ff.de adulte. ¶ †Preterea procedunt in accusatore sed in iudice inquirente dic ꝙ potest eodem tempore mille de diuersis criminibus diuersi temporibus cōmissis habere inquisitos ne delicta remaneant impunita.l.ita vulneratus.ad.l.aquil. facit quod no.Barto.in.l. ij.§.si publico.de adulterijs.

a ¶ Quam duos. Adde Lud. Ro. in ꝯs.cccxliij. B.

b ¶ In prima.q.de villa. Adde etiā tu ꝛ vide Jo.an. in ti.de solu. in addi.Spec. vbi dicit an recept⁹ in collegio debeat habere ptem ei⁹ ꝙ soluit in introitu ꝛ qūo intelligaꝛ statutū Senēse disponēs ꝙ si villa fuerit negligēs i capiēdo malefactorē:ꝙ p eo ꝙ soluit ob negligētiam possit habere recursū ad bōa delinquētis ꝛ fratrū vide Ro.in ꝯsi.ccccc ix.Ber.

c ¶ Quecūqꝫ verba. Adde tu ꝛ vide p que vba qs videbaꝛ mādare ꝛ quis psuadere do.Alex.in cōsi. cxxvij.in.iiij.vol. ꝛ Ange.ꝯsi.xxij. ꝛ an mādatū presumaꝛ ex eo ꝙ fit locut⁹ ad aurē alicuius ꝛ statim fit sequutū homicidiū vide Jo.de ana.consil.iiij. ꝛ Bal.i.ꝯsil.cclvj. in.ij.volu. vbi qs annuēdo capite ad malefactorē dicaꝛ mādare ꝛ tenet ꝙ non nisi cōstet ꝙ cōtēplatiōe ipsi⁹ annuētis hoc fecit vt ibi.Ber.

**August.** ¶ Tu autē in hac materia adde gl.in.l. qui accusare.ff.de accusa.circa mediū gl. magne que etiam reddit rationem quare ille qui accusauit duos nō potest tertiū accusare nisi suam vel suorū iniuriam prosequaꝛ.ꝛ vide Ange.in.l.C.j.si reus vel accusa.mortuus fuer.vide tamen Gandi.in tracta.malefi.sub rubri.qui accusa.poss.vel non.in ver.Item qui duos accusauit prohibetur tertium accusare.

28 Libello eodem ꝛ inquisitione eadem potest agi cōtra producentem falsos testes ꝛ contra falsarios testes.

28 **Ange.** ¶ †Ex predictis infertur ꝙ eodem libello ꝛ eadem inquisitione potest agi contra producentem falsos testes ꝛ cōtra falsarios testes:vt not.Bar.in d.l.nihil.§.j.ff.de adulte.

**August.** ¶ Tu adde Ang.in.l.j.C.si reus vel acc. mortuus fue.ꝛ Ange.in.l.hos accusare. §.lege iulia.ff.de accu.ꝛ ibi ponit si plures testes falsum deposuerunt: an omnes vno libello possint accusari, ꝛ refert opi.doctoꝝ:tandē adducit optimam distinctionem ex qua opiniones omnium possunt saluari: dic vt ibi.

29 Statuto dicente ꝙ villa teneatur emendare damnū passo sub pena centum si malefactorem non capit ille qui passus est damnum debet etiam contribuere pro rata ad istam penam si est de villa.

29 **Ange.** ¶ †Quid autem si plures tenētur ex vnius delicto:vt puta dicit statutū ꝙ villa teneatur emēdare damnum passo sub pena cētum malefactorem nō cepit:an ille qui passus est damnū debeat etiam cōtribuere pro rata sua ad istam penam si est de villa.Dic ꝙ sic: vt no. Bal.in.l.ab omnibus.§.si titio.ff.de lega.j.Quid econtra si statuto cauetur ꝙ cōdemnationes cōsiliariorum qui nō veniunt ad consiliū diuidantur inter eos:an etiam debeāt habere partem suam dicti consiliarij condēnati ꝛ cōtumaces. Bart.in.d.§.dicit ꝙ sic.ꝛ ibi vide Bal. Ange. Jmo.ꝛ Rapha.qd not.An autem cōdemnatio facta de Caio: ꝛ sic de principali preiudicet cōsocijs vel mandatori vel auxiliatori. Et econtra an absolutoria vnius prosit alteri.Et de multis alijs que faciunt ad istam materiā pro eius perfectione dicam infra in gl.in verbo,ꝛ ibi caput a spatulis ꝛc.ꝛ in versi. sed quero an damnato ꝛc.ꝛ versi.seq.

b **Augusti.** ¶ Tu adde hic in prima questione[b] de villa que teneꝛ emēdare dānum: quod Martinus de fano latissime disputauit istā questionē vt late psequiꝛ Jo.an.in ti.de cēsibus.§.ij.in versic.ꝙ si dānum. qui allegat oēs antiquos in hac materia: ꝛ dānat Dy.qui in hac.q.in.d.§.si Titio nimis breuiter locutus est. ꝛ vide doc.post Jo.an.in.c.cū nō deceat.extra de electio. in ver.in nouel.super vlti.glos.bene facit glos. in.l.j.ff.ad.l.rhodiā de iactu.ꝛ ibi Bal.qui idem decidit ꝙ Bar.in.d.§.si Titio.

1 ¶ Mandare quis dicatur.
2 Mandatum dicitur licet verba nō sint imperatiui modi.
3 Assassini dicuntur qui sunt corrupti pecunia.



## T Sēpronium Rodulphi barbitonsorem de Florentia mandatorem: in eo:de eo: ꝛ super eo.

¶ Ut cognosci possit quis ex mandato ꝛ quis ex psuasione vel cōsilio teneatur.

1 ¶ †Quero primo quis dicaꝛ mādare. Et respōdeo ꝙ mandare dr̄ ois qui mādat cōmitti delictū ꝑpter seipsum ad sue
c volūtatis satisfactionē nulla data pecunia quecūqꝫ verba [c] interueniāt:ita tn̄ ꝙ sit ad vtilitatē mādātis.Si aūt ad vtilitatē illius cui cōmittiꝛ:dicaꝛ psuasor ꝛ mādator nō habito respectu qbus v̄bis vsus fuerit:vt no.Bart.in.l.nō solū.§.si mādato.ff.de iniu. ver. venio ad materiā ꝛc. ꝛ ver.venio ad cōductorē ꝛc.Si aūt data pecunia: dr̄ accipiēs ita mādatū per pecuniā assassinus: ꝛ de hoc habeꝛ in.c.j.de homi.li.vj. vbi mādās etiā nō secuta morte ipso iure caā.lata snīa sine alia declaratoria cū suis bonis a toto populo diffidatus est. ꝛ facit auf.itē nulla cōitas.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ.d.§.si mādato. ꝛ ibi dicꝛ ꝙ nō vocaꝛ assassinus: sꝫ locator ꝛ dn̄s cōductor.

**August.** ¶ Tu aūt in hac materia adde inquātū dictum est supra ꝙ quecūqꝫ verba interueniant dicitur mandatum: ꝛ hec intelligo dummodo illa verba quocunqꝫ modo possint importare mādatum: ꝛ ideo dixit Bal.in.l.hec verba.ff.de infa.per tex.cū glos.ibi ꝙ ille

qui

qui hortatur nō mandat: vt.ff.manda.l.si vero nō remunerandi.§.cum quidā.⁊ ille qui persuadet non mādat. allegat l.j.§.pōponius.ff.depositi. ¶ Item qui cōsuluit vel permittit nō mandat.ff.de leg.ij.l.cū pater.§.mandato. vnde dicit si tu vis occidere hominē ⁊ tu dixisti mihi ⁊ ego laudaui qđ erat bene factū:istud non est mandare.⁊ ideo dicit ibi Bal. qđ quando aliquis inducit testes ad probandū mandatum iudex debet interrogare quibus verbis fuit vsus ille qui accusatur:nā ex serie ⁊ qualitate verborū apparebit:vtrū fuerit mandatū necne.Et subdit ibi Bal.ꝙ opus est qđ mādatum precedat factū: et sic debet probari ordo tēporis, alias quis nō posset condēnari de mandato: ⁊ dicit qđ ad hoc allegat glo.singularē in.l.si vero remunerādi.§.si post creditā. ff.mandati.qđ dicit esse singulare ſm Iac.de are:⁊ hoc idē dixit Bald.in.l.j.C.de ser.fugi.in.iij.colū.⁊ ibi in.d.l.j.dixit Bal.ꝙ ille qui vtitur verbis imperatiui modi dicit̄ manda-
2 re.† Ibi tamē Bal.dixit vnum notabile verbum ꝙ licet nō sint verba imperatiui modi erit mandatū: nam dicit qđ ille qui optat se vlcisci etiā rogando dicit̄ mandare ⁊ fortius dixit qđ si locutus est ad aurem ⁊ secutū fuit factum illo instāti ⁊ precessit capitalis inimicitia presumit̄ mandatū: per ea que habent̄ in.l.si quis mihi bona.§.si.et ibi per Bart.ff.de acqui.here.⁊ dixit singulariter Ange.in consi.suo.xxij.inci. Pro decisione questionis hoc solum mandari oportet,ꝙ licet vsus fuerim verbis importantibus mandatum cōtra illū qui alias deliberauerat primo occidere:ꝙ ego non debeo puniri tanꝗ mandans: sed tanꝗ persuadēs: licet cōfessus fuerim ꝙ ego mandaui: qꝛ ista verba nō possunt importare mandatū isto casu. Et aduerte inquātum dictum est qđ ordo temporis inspicitur in mādato, alias non est mandatū. De hac.q. vide que dicam.ī.in materia in illa.q.an ratiha-
3 bitio in maleficijs equiparetur mandato. ¶ †Et inquātum
a supradictū[a] est quod illi qui sunt pecunia corrupti dicuntur assassini. Addatis ꝙ hoc idem voluit Bar.in.l.cicero.ff.de pe.⁊ Ange.in.l.qui sepulchra.C.de sepul.viola.⁊ Ang.in.l.j.ff.de eo per quem fac.erit.⁊ Sali.in.d.l.nō eo minus. in fi. licet Ang.in cōsil.xiiij.incip.Nos Caro.videtur velle quod etiā potest esse vnus assassinus sine pecunia.⁊ Ioā.an.in.c.pe.extra de cleri.non residen. videtur velle ꝙ assassinus dicitur ille qui exponit se morti obediēdo domino in malum.tu vide docto.in.c.j.de homici.lib.vj.

4 Socius potest interrogari de socijs in crimine assassinamenti propter immanitatem criminis.

5 Heres assassini etiā lite non contestata cum defuncto tenet̄ restituere illam pecuniam si ad manus suas peruenit.

**Ange.** ¶ Et bene nota ꝙ isto casu assassinus tenet̄ dominum siue mandatorem in iudicio nominare ⁊ per hoc possunt torqueri: vt no.glo.ij.in.l.nō ideo minus.C.de accu.ita dicit ibi Bald.circa prin.in versi.in glos.ij.⁊c.ꝙ tene menti: quia licet alias socius regulariter non sit de socio interrogandus ⁊ participe delicti:vt.l.si.C.de accusa. in assassinatu tamen secus est: vt hic propter criminis et proditionis immanitatem.

**Augusti.** ¶ Sed addatis ꝙ ista conclusio videt̄ falsa per gloss.in.l.fi.C.de accusa. et per gloss.in.c.j.de confessis.vbi enumerantur casus speciales in quibus socius potest interrogari de consocijs ⁊ tamen iste casus in assassino non ponitur ibi in exceptuatis a regula, nisi saluādo.dicamus qđ propter immanitatē criminis hoc
4 sancitū est.† Et ideo gl.in.d.l.fi. dicit fallit in tali casu ꝑpter immanitatem criminis: sed assassinamentum est crimen immane.igitur ⁊c.⁊ probo qꝛ licet hodie de generali consuetudine mundi nō puniatur affectus nisi sequatur effect⁹ in delictis.fallit in assassino qui punitur capitaliter licet non consummauerit delictum.ita consuluit Ang.eleganter in cōsi. suo.xiiij.incip.Nos Caro.fundans se super text.dicti.c.j.de homici.in.vj.Et hoc propter immanitatē criminis. et idem Bal.in.l.j.ff.ꝙ quisqꝫ iuris. in.§.hec verba. de qua materia vide omnino Ioā.an.in mercu.in regula,in penis. extra de reg.iur.lib.vj.⁊ aliter videtur velle diuus.⁊ Ang.in.l.itē caput.§.si curauerit.ff.de iniu.sed ille tex.non probat. quia loquitur in delictis leuioribus: vt dixit Bart.⁊ Bar.in.d.§.si mādato. et.ī. dicitur in qōne que incipit,quero scđo aliquis
5 mādat.† hoc confirmatur qꝛ licet heres de delicto defuncti regulariter nō teneatur : si quid ad manus defuncti peruenerit lite nō contestata.tamē fallit in herede assassini:qui tenet̄ restituere illā pecuniam etiā lite nō contestata cū defuncto.text.est cum gl.⁊ ibi Ang.in.l.j.§.fi.ff.de eo per quē fac. erit.⁊ hoc propter immanitatē criminis. Preterea illa gl.in l.fi.C.de accu. simpliciter non approbatur a docto. nā multos alios casus exceptuatos ab illa regula ꝙ socius pōt interrogari de socijs.posuit Spe.in ti.de accusatore.§.j.versi. item repellitur. ⁊ ita eum allegat Anto.de but.in.c.j.de cōfessis. Preterea illam gl.illius.l.fi.derisit Bar. in.l.repeti.§.j.ff.de questio.qui in hac materia aliter loquit̄. Sed aduerte qꝛ do. Ange.hic,⁊ Bal.in.l.non ideo minus.non videtur aliquid dixisse:qꝛ hoc nō est tantū in assassino:vt socius possit interrogari de socijs: sed etiā in omni alio mādatore.tex. est ⁊ ibi Ang.in terminis in.l.⁊ si certus.ff.ad silla.⁊ hoc est qđ voluit dicere Bar.in.d.l.repeti.§.j.ff.de questio.dum dixit.fallit in.l.si prius.ff.ad silla.licet Sali.in.l.non eo minus. in.iiij.col.C.de accusa.dicat ꝙ distinguendum est: an mandatum sit libero,an seruo:vno casu tenetur nominare mandatorem:alio non:⁊ ita intelligit glo.in.d.l.si prius.

6 Mandati assassinamentum ⁊ assassino conueniunt que dicuntur in mandante ⁊ mandatario.

6 **Ange.** ¶ Unde Sali.in.d.l.nō ideo minus. ver.modo veniamus ⁊c.circa fi.† Querit an in illo q mandat assassinamentū ⁊ in assassino habeāt locum que dicam.ī.in mandante ⁊ mādatario . Et dicit quod sic:vt probatur in.d.§.si mandato. Et allegat rationem:quia licet pecunia detur tamen mandator data vel non data pecunia nō obligatur ex mandato : nec ex locato vel alia obligatione:qꝛ res est turpis ⁊ a iure improbata: vt.ff.māda.l.si vero nō remunerandi.§.rei turpis. et ideo dicit dātem pecunias obligari ex maleficio postea secuto: vt.ī.dicam in mandato re ⁊ probat ille qui dat pecuniam:vt eius nomine cum contrahat obligatur ex contractu postea secuto cum quo contraxit pecuniam recepit: vt.ff.de prescrip.ver.l.naturalis.§. pe.verūtamen vt dicunt doc.⁊ Barto.delictum censetur in vtroqꝫ ipsorum atrocius ꝙ si pecunia non interuenisset : et ideo grauior pena:vt in.c.j.de homi.lib.vj.sicut de iudice dicimus qui magis peccat corruptus pecunia ꝙ si gratis : vt l.venales.C.quando prouo.non est ne.coniuncta.l.seruo inuito.§.si pretor.ff.ad trebel.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde pro cōfirmatione predictorū dicta Bart.in.l.cicero.ff.de pe. qui dicit ꝙ vera est illa conclusio ꝙ grauius peccāt corrupti pecunia ꝙ illi qui nō sunt corrupti pecunia: ⁊ adducit hoc exemplū de assassino. Et cōsidera quod vera est ista cōclusio ꝙ ea que dicta sunt per Sali. quod dicta in mādatore ⁊ mandatario militāt in assassino : sed non econuerso vt supra in precedēti col.satis clare probaui.

7 Mandans maleficium quod non est secutum an teneatur ex mandato.

8 Mandatū tunc punitur pena ordinaria quādo tale mandatum habetur pro perfecto delicto in se.

7 **Ange.** ¶ †Quero scđo aliquis mandat cōmitti maleficium qđ tamen secutum non est: an mandans ex mādato teneatur Bar.in.d.§.si mādato.versi.hoc
b premisso ⁊c.cōcludit in effectu aut delictum est atrox[b] et tūc ex solo mandato tenetur : vt extra ordinē puniatur:vt.l.j.ff. de extraor.crimi.non autem vt puniatur ex ipso delicto qđ mandauit fieri:aut delictum est leue ⁊ nō tenetur : vt.l.item apud.§.si curauerit.ff.de iniur. idem tenet Sali. in.d.l.non ideo minus.ver.quero tertio ⁊c.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde ꝙ omnia ista approbauit etiam Imol.l.si vt proponitur.ff.de fideius.Sed aduertas quod ista conclusio legistarum est de directo contra tex.in.c.pro humani. extra de homi.lib.vj.ibi vel etiā mandauerit quāꝗ mors forsitan nō sequatur vbi papa vult qđ in assassinamento:⁊ sic in grauiori ⁊ atroci delicto mandans puniatur illa pena ordinaria: licet delictū non sit postea secutū sicut ea pena punitur qn delictum est postea secutum post mandatū:⁊ tamen docto.hic volunt qđ puniatur tale mandatū:sed extraordinarie nō pena ordinaria: nisi respondeamus qđ ibi est speciale in assassino : vel dicamus vt dixit Io.an.in regula,in penis in mercuriali.qđ ibi in.c.pro humani.quo ad illas penas de quibus ibi in.d.c.pro humani. facto illo mandato delictum erat perfectū non mirū si punitur pena ordinaria ac si deli-
8 ctum principale fuisset consummatum. ¶ †Ex quibus infero vnam conclusionē vltra legistas: qđ vbi mandatū habetur pro delicto perfecto in se: tūc tale mandatum punit̄ pena ordinaria: ac si delictum principale fuisset cōmissum per tex.in.d.c.pro humani.quē tex.aliter non possumus fugere. ¶ Item adde ꝙ contra predicta est expressa decisio Dyn. ⁊ Ange.in.l.item apud.§.si curauerit.ff.de iniur.qui dicunt qđ in assassinamento si do pecuniam alicui vt aliquem occidat:tamen homicidio nō secuto non punitur mādans.Sed

a ¶ Et inquantū supradictuꝫ est. Circa hoc adde tu vt pulchre ꝑ Ang. i cōsi.xiiij. inci.Nos Carolus. et ꝑ Bal. in ꝯsi.lxxxi.l.iij.vol. inci. iste beton⁹. vbi ꝙ stāte statuto qđ assassinus dicat̄ qui precio dato fieri fecerit vel ꝑmissione si aliquis dicat qđ mādās dixit va ⁊ dalli. Ytidaro la ꝑmessa: ꝓbet̄ ꝑ hoc assassin⁹, ⁊ an mādans fieri homicidiū pecunia:debeat de capitari vt assassinus.vide ꝙ habet̄ pulchre per Are.in ꝯsi.clxv. Ber.

b ¶ Est atrox. adde Ang. in cōsi. xiiij.⁊ Bal.in cōsil.lxxxj.ſ. alleg. de veritate aūt. vide per Are.in d.ꝯsi.clxv. Ber.

aduertas qꝛ verum dicunt qꝛ non puniť tanquã de homicidio: sed pena extraordinaria vt ibi declarant. et de materia vide in illo consi. Ange. quod incipit, nos Caro. ꝛ ibi Ang. dicit quod si delictũ non est secutum: licet assassinus debeat decapitari: qꝛ peruenit ad actum proximum: tamen ex quo delictũ non est consummatũ: quia mors non est secuta: bene faciet princeps: si commutet illam penam corporalem mandantis in pecuniariam.

9 Mandans ipse an teneať si mandatarius nõ potest teneri.

9 **Ange.** ¶ †Quero tertio si mãdatarius nõ possit teneri an mãdans ipse teneať. Dicendũ est vt no. glo. Bar. ꝛ alij in. l. si id qd. §. fi. ff. de iurisd. om. iudi.

**Augusti.** ¶ Tu dic ꝙ in hac materia pulchre cõsuluerũt Bar. ꝛ Fran. tigrini, in. l. si mulier. §. si seruus. ff. de rerum amota. vt ipse Barto. dicit. vide Moder. in. d. §. fi.

10 Mandans si tenetur an etiam mandatarius teneať: an vero aliquo casu excusetur.

11 Beroarius an excusatur propter mandatũ iudicis pro executione sententie vel precepti licet faciat iniustitiam.

12 Incidens ligna in fundo alieno de mandato alterius quãdo excusetur.

13 Beroarij potestatis qui torserunt vnũ indebite excusantur propter mandatum potestatis.

14 Laborator inductus in fundum alienum quãdo excusetur propter mandatum inducentis.

10 **Ange.** ¶ †Quarto quero posito ꝙ mãdans teneať an etiã ꝛ mãdatarius teneať: an vero aliquo casu excuseť virtute mandati. Istã. q. format Bar. in. d. l. nõ solũ. §. si mandato. ff. de iniur. versi. sed quero quando est secutum delictũ ꝛc. ꝛ cõcludit ꝙ aut mandatarius nulla iusta causa potest se excusare: ꝛ tũc clarum est qd teneť: vt. d. l. nõ ideo minus. ꝛ. d. §. si mãdato. aut potest se excusare, vt quia credebat nõ delinquere vt filius vel seruus qui obediũt patri vel domino: ꝛ tũc aut est delictũ leue: ꝛ non teneť qꝛ patri vel dño parere tenetur in leuibus criminibus: vt. l. liber homo. in prin. ꝛ ibi glo. ꝛ Florẽ. ff. ad. l. aquil. aut est delictũ graue ꝛ tũc propter mandatũ non excusanť: qꝛ in atrocioribꝰ ꝛ grauibus obedire nõ tenentur: vt. d. l. liber homo. Et est singulariter aduertẽdum ſm Bar. in. d. §. si mandato. ꝙ quelibet iniuria personalis diciť delictũ graue: ꝛ sic filius nõ excusať si mãdato patris percutit et manu vacua aliquem cũ quelibet iniuria personalis dicať grauior quauis alia pecuniaria: vt. l. in seruorũ. ff. de pe. et sic filius ꝛ seruus tenerẽtur qñ mandato patris vel dñi aliquam iniuriã contra alicuius personam intulerint: vtputa qꝛ percussit manu vacua qd est singulare. dicit tamẽ Salic. ꝛ Bal. in. l. seruus. C. ad. l. iul. de vi. ꝙ licet mandatũ patris vel alterius superioris non excuset in totũ: tamen mitigari facit penã per. d. l. seruus. facit. l. gracchꝰ. C. de adul. ꝛ ꝙ est singulare. ꝛ q̃ dicanť delicta grauia[a] vel leuia. no. Bar. in. d. §. si mãdato. ꝛ. l. leuia. ff. de accu. Dicendũ est vt ibi per eũ. ꝛ per glo. in. l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de mino. ꝛ qd dixi de filio et seruo quibus casibus parere

11 debeãt patri ꝛ dño. †Idẽ in beroario[b] siue executore qui paret iudici pro executione sentẽtie vel precepti iudicis: licet faciat iniustitiã propter mandatũ excusať: vt no. Dy. in. c. ꝙ si quis mandato. de reg. iur. Et predicta procedũt regulariter ꝙ mandatarius propter mandatũ non excusať nisi ex iusta causa, vt quãdo tractamus de ijs que sunt de iure ꝓhibitorũ vt in maleficijs ꝛ in alijs prohibitis: secꝰ si mandatũ esset

12 de genere permissorũ† vt quãdo conduco artificẽ ad incidendum ligna in fundo: qꝛ bona fide credẽs fundum meũ: licet sit alienus excusať propter mandatũ: nec ipse laborator potest accusari de dãno dato sed conducẽs tantũ: vt. l. in rem. §. tignũ. de rei vẽdi. ita dicit no. Bar. ꝛ Bal. in. d. §. ꝛ ibi Ange. nisi fuerit sibi laboratori protestatũ ꝙ nõ incideret ligna vel edificaret in tali fundo: qꝛ spectat ad denunciantẽ: tũc laborando vel edificãdo constitueť in mala fide: ꝛ teneť ꝛ posset accusari. ita dicit Sali. in. d. l. nõ ideo minus. ꝛ do. Jo. de imo. ꝛ Ludo. in. l. de pupillo. §. si forte. de oper. no. nũcia. vel scdo hoc e st verũ nisi ille laborator fuerit vicinus: qꝛ tũc presumiť scire cuius fuerit ille fundus[c]. vt not. Specu. in tit. de emp. ꝛ vẽdi. §. ostenso. circa fi. ꝛ vide Bal. in. d. l. nõ ideo minus. ver. in glo. iij. ibi. l. ad ea ꝛc.

13 **Augusti.** ¶ Tu aũt in hac materia adde inquãtum dictũ est ꝙ † familia potestatis excusať propter mandatũ potestatis qd Bal. in. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. idẽ voluit ſm Dy. ꝙ si beroarij potestatis torserunt vnũ indebite ex mandato potestatis ipsi excusantur ꝛ voluit Ange. in. l. liberorum. §. excusatur. ff. de his qui not. infa. ꝛ qd iussus iudicis excuset est tex. ꝛ ibi Bar. in. l. si quis id qd. in ver. doli mali. ff. de iur. om. iud. sed Ang. ibi videtur limitare predicta, vt procedant in leuioribus delictis: secus in atrocioribus ꝛ grauioribus per. d. l. liber homo. ꝛ sic Ange. ibi intelligit etiam. d. l. liber homo. procedere in potestate ꝛ iudice: sed hec conclusio an sit vera vel falsa habeas recursum ad gl. no. quã ibi ponderat Bar. ꝛ est glo. magistra in. l. nõ videtur. §. ꝙ iussu. ff. de regu. iur. per quam glo. predicta possunt reduci ad concordiã: ꝛ predicta poterunt etiã limitari. Sed contra doctrinam istam legistarũ de directo est tex. cũ gl. ante pe. in. c. quicũqꝫ. de senten. excõ. lib. vj. que glo. dicit nec hic excusat iussus maioris vel superioris: sed dic vt dicitur ibi in glo. vt no. in regula, quod quis ex mãdato. extra de regu. iur. ꝛ cõtra predicta est glo. in. c. mulieres. extra

14 de sen. excom. in antiquis. ¶ †Itẽ inquantũ dictũ est qd si induco laboratorẽ in fundo vel aliquẽ artificem qui laboret qd non possunt accusari de dãno dato: sed excusantur propter mãdatũ cõducẽtis ipsos: licet ille fundus fuerit alienꝰ. Sed limitant predicta nisi fuerit facta protestatio qd nõ laborent in fundo denunciantis: qꝛ tũc faber vel operarius teneť nec mandatũ excusat. Addatis qd ista limitatio videť falsa: qꝛ nõ probať de iure. nã Jmo. ꝛ Ro. in. d. §. si forte. allegãt Sali. in. d. l. nõ eo minus. hoc dixisse: sed hoc nõ est verum qd Sali. dixerit. Scdo moueť per doc. Bar. ꝛ glos. ibi in. d. §. si forte. sed illa etiã non probãt: qꝛ gl. ꝛ Bar. loquunť in nunciatore noui operis ex illo edicto: cui parendũ est siue iusta siue iniusta sit. l. j. ff. de ope. no. nun. ꝛ idẽ in nunciatione noui operis ex edicto qd vi aut clã. l. j. §. et parui. ff. quod vi aut clam. In alijs vero denunciationibus extraiudicialibus nõ reperiť ꝙ per solã denũciationẽ quis cõstituatur in mala fide si aliter certioratus nõ est: ꝛ sic nõ tenetur eis credere: vt no. Inn. in. c. dilecti. extra de maio. ꝛ obe. no. Bart. post glo. in. l. pe. ff. pro emp. ꝛ dixi late vltra doct. in repeti. §. morte. in. l. non solũ. ff. de ope. no. nũ. Aduerte tamẽ ꝙ Ange. in. d. §. tignum. ꝛ Ang. in auť. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. ꝛ Ange. in auť. vt omnes obediant iudicibus. circa. v. col. voluit ꝙ per denunciationẽ factã operarijs ipsi constituanť in mala fide per. l. si fundũ. C. de rei ven. ꝛ per tex. in auť. vt oẽs obediãt iudicibus. in. §. si vero alter. ex quo tex. sumpta est illa auť. qua in prouincia. ꝛ bene facit licet ipse non alleget qd no. Bar. in. l. si stichũ. §. si ab alio. ff. de noua. Sed aduerte qꝛ etiã ista iura nõ probant: qꝛ text. in d. auť. qua in prouincia. intelligitur qñ operarius nullã causam excusatiõis habebat: qꝛ nullũ precessit mandatũ: qꝛ tũc teneť: vt ibi dicit Bar. Nec ob. d. l. si fundũ. qꝛ ibi denunciatio fuit facta ante ꝯtractũ: ꝛ sic tẽpore quo faber nullã excusationẽ habebat: qꝛ nullũ precessit mandatũ. Non ob. d. §. si ab alio. qꝛ etiã sibi mandatũ cessabat: ꝛ sic patet qd opi. Ange. posset saluari qñ illa denũciatio fuit facta operarijs ante mandatũ, alias non põt procedere: vt sola denũciatio cõstituat ipsos in mala fide: ꝛ qꝛ in hac materia difficultas videtur stare in hoc an per solã protestationem quis cõstituatur in mala fide. In hac materia approbo dicta Specu. in titu. de emp. ꝛ vendi. §. nunc dicendum. versi. fin. qꝛ si aliqua adminicula cõcurrebant cum denũciatione protestantis ei erat credendum: ꝛ ille cui fit protestatio cõstituitur in mala fide: ꝛ in hac materia adde dicta Bald. in auť. ingressi. C. de sacrosan. eccle. in. ij. col. ꝛ Bal. in disputatione sua accusatꝰ de vi turbatiua in. xxj. col. ꝛ Bal. insti. de rerum diui. in. §. si quis in suo solo. qui dicit quod si coloni veniunt ad laborandum cum armis hoc casu non excusantur. ¶ Item inquãtum supradictum est que dicantur delicta leuia ꝛ que grauia. dic vt late dixi supra.

15 Mandaui tibi vt occideres Titium diu stetisti ꝛ postea cõmisisti delictum: an ego tenear.

15 **Ange.** ¶ †Quinto querit Bar. in. d. §. si mandato. in versi. si mãdaui tibi vt delinqueres ꝛc. si semel mandaui delictũ ꝛ diu stetisti ꝛ delictum postea cõmisisti an tenear, ꝛ cõcludit cum Inno. in. c. ad audientiam. extra de homi. quod sic nisi mandatum meum sit expresse vel tacite reuocatum, vt quia feci pacem vel parentelam cũ inimico meo: vt. l. iij. §. fina. ꝛ ibi gloss. et Barto. ff. de adimen. lega. ꝛ hoc sequitur Bald. in dicta. l. non ideo minus. in fin. ꝛ hoc etiam probatur per id quod notat Bart. in ciuilibus in. l. qui aliena. §. si is qui. in fin. ff. de acqui. here. ꝛ. l. is qui. §. vnde querit poterit. ff. de manu. ꝛ hanc tenet Bal. in. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. in. iij. col. in versi. vnde dico in simili. ꝛ dicetur. j. eo. in gl. colloquium ꝛ tractatum.

**Augu.** ¶ Tu aũt in hac materia adde ꝛ dic limitãdo p̃dicta ꝙ si mãdatũ a p̃n. fuit tp̃e limitatũ

si trãsacto

a ¶ Delicta grauia. adde ꝛ vide Cepo. in cõsi. vj. vbi late.

b ¶ Beroario. adde tu ꝛ vide pulchre per Ale. in cõsil. j. in. iij. vol.

c ¶ Ille fundus. Adde de hoc et dic vt pulchre ꝑ Bal. l. ꝯsi. cxxix. inci. statuto papie. in. ij. vo. ꝛ de hac qõne late ꝑ Ale. in ꝯs. xxxvj. in. iij. vo. Ber.

si transacto tēpore mandatarius interfecit: mādans non tenetur. ita dicit Salic. in. l. nō ideo minus. in. iiij. q. C. de accu. per tex. in. l. diligēter. ff. man. cū si. ¶ Itē adde ꝙ si mandatum non est tēpore limitatum: tamē mandās in delictis poterit reuocare mandatū. de hoc est text. in. c. quicunqꝫ. extra de sen. excom. dūmodo re integra sit facta reuocatio mādati: vt est ibi tex. ꝛ gl. ꝛ intellige predicta ꝙ facta reuocatione reuocās mandatū non teneaꝛ secuto postea delicto dūmodo illa reuocatio mādati peruenerit ad notitiā mandatarij: alias non. ita dixerūt Cy. ꝛ Sali. in. d. l. nō ideo minus. ꝛ ita dicit Sali. intelligēda esse dicta Inno. in. d. c. ad audientiā. pro qua cōclusione dicit Sali. ꝙ allegat glo. ordinariā in. c. mulieres. extra de sen. excō. Sed ego allego glo. meliorem in c. cū quis. extra de sen. excō. lib. vj. ꝛ est doctrina Barto. per illū tex. in. l. si pecuniā. §. si seruum. ff. de cōdic. causa data. et ex dictis Bar. ibi colligitur quare opus est ꝙ reuocatio mādati perueniat ad notitiā illius cui mandatū erat fieri delictum. Quinimo Ang. in. l. j. C. de nili agge. non rūpen. in fi. videꝛ velle ꝙ illa reuocatio mandati peruenire debeat etiā ad aures illius qui fuit occisus. sed certe Angel. ibi videtur loqui in alio casu. Adde tamen quod videtur qd in delictis facto mādato per me, vt aliquē occidas: licet reuocem mandatum etiā anteꝙ delictum fiat: nihilominus pena ordinaria debet puniri mādans: qꝛ talis reuocatio mādati fieri nō potest etiā re integra quin puniatur: vt est casus in. c. pro humani. extra de homici. lib. vj. sed responde: vt per gloss. ibi in verbo, mādauerit. ꝛ tene menti illū casum. Adde Bal. in. l. j. C. de ser. fugi. in. iij. col. qui approbat dicta Inn. in. d. c. ad audientiam. in hac materiā ꝛ ibi tangit quid si mandaui tibi vt Titiū occideres ꝛ ex interuallo occidisti omnino, alias facturus: an mandans teneatur. Adde Bald. in. c. j. §. furtum. de pace iura. fir. qui ponit quando mandans volebat probare mandatariū esse inimicum occisi. ꝛ adde etiā qd dicit Bal. in. c. j. §. iniuria. in. viij. col. versi. quero Titius. de pace iur. fir. ꝛ adde dicta Ange. in. l. j. C. de nili agge. non rumpen. in fi. ꝛ Sali. in. l. j. C. de rap. virgi. in. vj. colū. qui faciunt mentionem de doc. Inn. in. d. c. ad audientiam. ꝛ de ista reuocatione mandati dicam in hac eadem glos. in vlti. q. ꝛ vide Pet. de ancha. in cle. j. de renuncia. de intellectu. do. Innocen. in. d. c. ad audientiam.

16 Mando tibi vt mandes alij: an tu scdo mandans tenearis.

17 Nuncius scienter portans literas vt maleficiū committatur punitur secuto homicidio.

16 **Ange.** ¶ † Sexto quero mando tibi, vt tu mandes alij: an tu secundo mandās tenearis. hāc. q. format Bart. in. l. aut qui aliter. §. pe. ff. quod vi aut clā. ꝛ in l. j. §. incidit. ff. ad turpil. vbi concluditur ꝙ aut est crimē leue ꝛ talis nuncius vel habens mandatum ad mandandū non tenetur: vt. d. §. pe. aut in grauibus ꝛ tenetur: vt. d. §. incidit. ex quo dicit ibi Bart. no. qd contra istos nuncios per quos fiunt isti tractatus per iudicem maleficiorum potest procedi ꝛ puniri possunt. de hoc est gloss. ordi. ꝛ Barto. not. in. l. si sciente. ff. de parri. quod singulariter no. contra istos portātes literas, vel ambasiatam de aliquo tractatu contra rem publicā vel alio delicto atroci: qꝛ tenentur ꝛ puniri possunt, vt principales delinquentes.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde que dixerūt Pe. ꝛ Cy. vt refert ibi Sali. in. d. l. nō eo minus. C. de accu. in antepe. col. in ver. viso de mādante an ꝛ qñō puniatur.

17 ¶ † Quero quid de nūcio: ꝛ ibi Salic. breuiter faciēs mentionē doc. de Bar. in locis. s. alle. tandē cōcludit fm Pe. ꝛ Cy. id qd Bar. s. adde tamen que in hac materia pulchre dixit Bald. in. l. j. §. ne aūt. C. de cadu. tol. in fi. vlti. col. qui dicit ꝙ nuncius qui sciēter portauit literas vt maleficiū vel homicidium cōmitteretur puniꝛ secuto homicidio qui allegat doctrinā Cy. in. d. l. non ideo minus. idē dicit si mādaui Titio ꝛ Titius Seio omnes tenemur per tex. quem dicit esse singularem in. l. si ego. ff. qd vi aut clam.

18 Mandans an teneatur ex mādato vel ex delicto postea secuto qd est vtile scire propter locum: ꝛ tempus ꝛ alia que in inquisitione debent apponi.

19 Accusare vel inquirere volens contra mandantē debet confinare locum ꝛ tempus delicti secuti: non autem locū ꝛ tempus mandati facti.

20 Qualitas que oritur ex tēpore respiciens mandantē ꝛ mandatarium qualificata ex tempore vel loco an aggrauat pariter factum in vtroqꝫ.

21 Mandans obligatur ex mandato quando mandatum de per se habetur pro delicto perfecto etiā si non sequatur delictum: ꝛ tunc inspicitur tempus ꝛ locus mandati.

18 **Ange.** ¶ † Septimo queriꝛ an mandans teneaꝛ ex mādato vel ex delicto postea secuto qd est vtile scire propter locū et tps ꝛ alia que in inquisitione debent apponi. ꝛ hanc. q. format Bart. in. d. §. si mādato. ver. quero vnde oriꝛ obligatio ꝛc. vbi tenet qd ꝓpter mandatū teneꝛ ex delicto: vt. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrup. ꝛ ibi gl. ꝛ not.

19 gl. in. §. ope. de obli. que ex deli. nascun. ¶ † Ex quo infert qd quando vis accusare vel inquirere contra mandantem debes confinare locū delicti secuti[a] ꝛ tempus delicti nō autem tēpus ꝛ locum mandati facit: vt. l. pretor. §. hoc aūt edicto. ꝛ ibi Bart. ff. vi bo. rap. qd est menti tenendū: ꝛ ibi etiā infert qd locus ꝛ tempus delicti commissi inspicitur ad penam augendam vel minuendam in mandante: vt. d. §. hoc autē edicto. facit qd not. Bar. ꝛ ibi etiā Imo. in. l. si vt ꝓponis. ff. de fideius. de quo latius per Sali. in. l. nō ideo minus. C. de accu. ver. vij. quero vnde obligatio ꝛc. sed Bal. in. d. l. non ideo minus. licet in effectu idē videatur cōcludere cum Bart. tamen in ver. quinto queritur an mādans ꝛc. sic dicit aut mādans obligatur ex eodem delicto: et tūc sine dubio obligaꝛ simul in tempore aut ex diuersis delictis: ꝛ tūc refert an delictum mandantis recipit consummationē in ipso mandato: ꝛ tunc obligatur mādans: ꝛ tunc locus mandati tantūmodo: ꝛ tempus est apponendus: vt. d. §. persuadere. aut in ipso mādato non recipit cōsummationē: sed in delicto postea secuto: tūc dicit ꝙ simul obligantur: vt. l. hec verba. ff. de adul. ꝛ locus ꝛ tempus delicti postea secuti sunt apponen-

20 da. Ex quibus infertur ꝛ patet: † an qualitas que oritur ex tempore qualificata: ꝛ que respecit mādantem ꝛ mandatarium: qꝛ vbicunqꝫ delinquunt simul in tempore ibi sequitur accusatio qd ea qualitas aggrauet factū pariter in vtroqꝫ: ꝛ eodē modo dicit an obligentur eo loco: qꝛ aduertendū est qd vbicunqꝫ obligaꝛ simul in eodē tempore obligaꝛ etiā simul eodem loco, ꝛ sic qualitas loci pariter aggrauat mandantem et mandatariū: ꝛ etiam sequitur qd mandatarius debet conueniri in loco facti ꝛ delicti cōsummati non in loco mandati. adde tamē quod dicā. j. in ver. xij. quero ꝛc. vbi aliter in aliquibus dicam fm Bal. ꝛ plenius.

21 **Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde ꝛ limita predicta ꝙ † verū est ꝛ fateor qd mandans obligaꝛ ex delicto ꝓpter mandatū ꝛ sic locus ꝛ tēpus delicti consummati inspicitur etiā quo ad penam imponendam: fateor hoc vbi mandatū de per se solum nō est delictū nisi secuto maleficio loquor quo ad hoc, vt pena ordinaria puniaꝛ: sed vbi mandatū de per se solū habetur pro delicto perfecto etiā non secuto maleficio vt in assassino: vt est casus in. c. pro humani. de homi. lib. vj. ꝛ ibi gl. super verbo, mādauerit. ꝛ Jo. an. in regu. in penis in mercu. ꝙ facto illo mādato in hoc delictū est perfectū: tunc dico qd tempus ꝛ locus mandati inspicitur qꝛ mandans obligatur isto casu ex mandato illo iniusto, ꝛ hoc probaꝛ in. d. c. pro humani. ibi vel mādauerit, quamꝙ mors forsitan non sequatur ꝛ hoc est qd dixit Bald. in. d. l. non eo minus. in sua distinctione relata ab isto autore hic. dū Bal. dicit ꝙ vbi delictū mandantis recipit consummationē in ipso mandato: et tunc ex illo obligatur mandans ꝛ locus mandati ꝛ tempus esset apponendū in inquisitione. d. l. j. §. persuadere. itē intellige ꝛ limita dicta Bar. supra allegata do tractatur de puniendo mandātem pena ordinaria: secus si tractaretur de puniendo ipsum pena extraordinaria propter mandatū tātum qꝛ locus ꝛ tps mandati inspiciꝛ ꝛ nō locus ꝛ tēpus consummati delicti: ita elegāter dixit Imol. in. l. si vt proponiꝛ. ff. de fideius. ꝛ omnino vide Bart. qui ponit istā eandem qōnem si ego existens Ferrarie mādo vt occidas vnum Florētie ꝛ occidisti: an hic Ferrarie ego mandās possum conueniri. si obligatio oritur ex mandato possum cōueniri Ferrarie. si oritur propter delictum consummatum non, ibi vide: ꝛ de materia principali vide Bal. in. l. sed ꝛ eximendi. §. pretor. in fi. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi eximat.

22 Instigans ꝙ clericus percutiatur: secuta percussione teneꝛ instigans canone si quis suadente diabolo.

22 **Ange.** ¶ † Octauo quero aliquis instigat et solicitat ꝙ clericus percutiatur an percussione secuta teneatur etiā canone si quis suadente diabolo, ꝛ dicendum est qd sic: vt no. Bal. Ange. Rapha. ꝛ Imo. in. l. quid ergo. §. penul. ff. de lega. j.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde tex. in c. mulieres. extra de sen. excō. §. j. q text. vult ꝙ talis non possit absolui nisi a summo pontifice.

23 Clericus si solicitat aliquem ad cōmittendum maleficium: morte secuta an sit irregularis.

a ¶ Delicti secuti. An tempus cōsummati delicti debeat poni i accusatione adde tu ꝛ vide Ange. in cōsi. suo. clxxviij. Ber.

a ¶ Instigauerit. circa hoc adde & vide Fe. de se. in cõsi. clxvij. Ber.

b ¶ Format bart. Adde qd opin. Bar. sequit late Bar. Cep. in cõsil. xxxiiij. vbi vide. Ber.

23 **Ange.** ¶ † Nono quero quid ecõtra si clericus instigauerit[a] vel solicitauerit aliquem ad maleficium cõmittendum & mors sequatur an ipse sit irregularis. vide vt. s. per eosdem in. d. §. pe.

**Augusti.** ¶ Tu aũt in hac materia adde no. per docto. in. c. sicut dignũ. extra de homicidio. lib. vj. sed melius vide text. cũ gl. in. c. Petrus diaconus. eo. tit. extra de homicidio.

24 Mandans maleficiũ, eo secuto, nihil agit in passum intrinsece per se sed per causam extrinsecam.

24 **Ange.** ¶ † Decimo quero si mãdatur cõmitti maleficium seu homicidiũ & eo secuto quid mandans dicatur agere in passo hanc. q. format Bal. in. d. l. nõ eo minus. in versic. in ista materia procedo &c. vbi concludit qd nihil agit intrinsece per se: sed agit per causam extrinsecam: quia patet quia nihil potest agere per causam intrinsecã nisi sit approximatus passo: sed talis agens potest esse omnino separatus a passo, verbi gratia si ille qui est Florentie mãdat percuti illum qui est Bononie: nam inter illud agẽs & illud patiens nulla est approximatio vnde iste actus non attribuitur illi primo agenti per propriam operationem sed per alienam.

**Augusti.** ¶ Adde & dic qd ista procedunt de facto: sed iuris fictione aliquando mandans dicitur vere facere etiam in passo, vt in casibus quos plene examinabo infra in quartadecima questione an mãdans dicatur vere facere.

25 Delictum mandantis & mandatarij an sit vnum numero.

25 **Ange.** ¶ † Undecimo quero an delictũ mandantis & mandatarij sit vnũ et idem numero. istã. q. format Bald. in. d. l. non eo minus. versi. sed quero an delictum &c. vbi concludit qd quando resultat delictum in mandante & mandatario quia est quando mandatũ transit in nomen illius delicti: ita qd nominetur mãdator talis quale est delictum quod tũc in mandante & mandatario est idem delictum numero ex parte finis: quia non est nisi vnicum delictũ igitur &c. quod patet etiam quia vnico libello contra omnes agitur: vt. l. accusatoribus. C. de accu. facit. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad. l. aquil. qd qualiter debeat intelligi dic vt no. Sali. in. d. l. non ideo minus. versi. x. quero an mandans &c. si vero non resultat in mandante quod in mandatario vel aliqd delictum resultat in mandatario quia non resultat in mandãte & tunc non obligãtur eodem delicto numero: quia patet quia dicuntur esse plures obligationes numero: vt. l. generaliter. ff. de fideius. per dictam. l. non eo minus. vbi dicit quod quelibet persona: ergo quilibet tenetur ex suo facto, & sic sunt plura facta numero. de quo vide Sali. per alia verba in. d. l. nõ eo minus. versi. quero septimo vtrũ delictum mandantis. et ibidem Bald. in versic. quero an delictum mandantis. sed istas questio. magis ordinate format Bar. in. l. sed si vnius. in fi. ff. de iniur. dic vt ibi per eum per Cy. & Salic. in. d. l. non eo minus. qui in effectu idem dicunt quod supradictum est ideo non reitero.

Uper quib⁹ [a] omnibus ⁊ singulis. ¶ Predicta verba cū ministerio apponuntur ⁊ diuersimode scđm qđ cautus iudex est. †Nam licet in ciuilibus libellis necessaria sit cōclusio: vt no. Inn. in. c. super literis. de rescrip. ⁊ doct. in. l. j. ff. de eden. ⁊ in. l. edita. C. eod. Tamen in criminalibus in accusatione vel inquisitione nō est necessaria conclusio sed sufficit qđ narretur maleficiū. facit. l. j. §. j. ⁊ ibi Bar. ff. ad turpil. Ita dicit Bart. in. l. libellorum. in fin. princ. ff. de accusa. ⁊ Bal. in. d. l. edita. † Consuetudo tamē obseruat qđ loco conclusionis apponant dicta verba scilicet super quibus omnibus ⁊ singulis ꝓcedere intendit: ⁊ repertū culpabilē punire aut ꝭm formam iuris aut statutorū vel cautela est qđ misceas de iure cōmuni: ⁊ etiā statutorum: ⁊ sic non dicas alternatiue vel distributiue qđ tene bene menti. Et sis bene cautus in formando istam clausulam. † Ita no. dicit Bar. in. l. ij. §. si publico. ff. de adul. versicu. quero vtrum in inquisitione. vel etiā est vtilis ad aliud qꝛ potest dicere procedere intendunt ꝭm formam statutorū ⁊ punire, aut ꝭm statuta, aut ꝭm ius cōmune, aut ꝭm statuta tantum: aut ꝭm statuta simul ⁊ ius commune. Ita dicit Bart. in. l. j. versi. item quero quid si hoc in statuto nō caueatur. in fin. ante versic. vltimo quero. C. de summa trini. ⁊ fide catho. tunc si seruatur statutum in procedendo poterit penam imponere ꝭm legem quam intentauit aut iuris communis aut statuti tantum aut vtriusqꝫ qđ maiorem penam imponat quod tene menti perpetuo. ¶ † Quarto est vtilis dicta clausula: quoniam per eam apparet qđ iudex nunφ inquirit connexe, sed diuisim: cum dicta clausula sit diuisoria ⁊ ideo sufficit alterum ex intentatis probari quia nō videtur se arctare ad omnia probanda. ita dicit Bal. [b] in. l. ij. C. de probat. vbi omnino videas vide etiam eundem in. l. j. in. viij. q. C. qui accusa. nō poss. Et Florianus in. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. ⁊ sic ista clausula in criminali tantum importat quantum in ciuili importat illa clausula non astringens [c] se ad probandum ⁊c. ⁊ quantum illa clausula videlicet scilicet ⁊ predicta: dicit, proponit, ⁊ petit fieri simul ⁊ diuisim ⁊c. de qua in. l. diuus. ff. de re iudic. ⁊ Barto. in. l. edita. C. de edendo. ⁊ quantum importat illa clausula petens [d] sibi iustitiam ministrari de qua in. c. ij. de ordi. cogni. Et † quantū importat in ciuili illa clausula scꝫ ⁊ predicta petit nō tm̄ dicto modo sed etiā omni alio meliori modo ⁊c. de qua p Imo. in. l. si cum nulla. ff. de re iudi. qđ no. perpetuo.

a ¶ Sup quibus oibus. Adđ ⁊ vide de Bar. in cōsil. cxvij. vbi si accusatio fuit instituta de percussiōe cū sanguine ⁊ ꝓbatū de ꝑcussione an seq debeat absolutio vel cōdēnatio virtute dicte clausule.

b ¶ Bal. in. l. ij. adde ⁊ vide Ro. in cōsi. cx. inci. q. cōsultatiōis. vbi tꝫ ꝯtra opi. Bal. in d. l. ij. vbi ꝑ te videas: ⁊ dicta R. sequit Barbat. i ꝯsi. x. j. vo. Ber.

c ¶ Nō astringēs, adđ de hac clausula Alex. in ꝯsi. lxj. in. ij. vol. ⁊ cōsi. vj. ⁊ in ꝯsi. xlij. in. iij. vol. ⁊ in. cōsi. cxxj. colū. iij. in fi. in. j. vol. Ber.

d ¶ Petens. adde de hac clau. in locis. s. allega. ⁊ in ꝯsi. lviij. p Alex. in. ij. vol. Sozi. in cōsil. cxlvj. col. iij. ꝑ ver. cōfirmat.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde que dixit Sali. in. l. in causis. C. de accusa. qui dicit φ doc. dicunt φ in accusatorio libello nō est necessaria cōclusio: ⁊ ratio est φ pene impositio iudicis voluntati non imponit. Sꝫ legis autoritati seruat. l. j. §. fi. ff. ad turpil. ⁊ sic sufficit reum accusari de certo delicto declarato licet nō petatur puniri certa pena ⁊ dicit hoc etiā probari in. d. l. libellorū. que nihil loquit de cōclusione ⁊ solet allegari illa glos. singu. in. d. l. in causis. dicit tamē Sali. qđ de cōsuetudine cōclusio adijcitur sed nō sup certa pena. Sed generaliter ⁊ indeterminate vcꝫ quare peto eū puniri ꝭm formā iuris ⁊ statutorum. Dicit tamē notanter Ang. in. d. l. in causis. φ licet in libello criminali nō cōcludat: tamē si pur cōcluditur necessario est ferenda sentētia ꝭm formā cōclusionis vt est tex. in. c. qualr̄ ⁊ qñ. lo. ij. extra de accusa. ⁊. l. pretor. §. docere. ff. vi bo. rap. cum si. vide que dixi. s. hec est quedā inquisitio in xj. colū. in addi. que incip. item inquantū supradictū est φ in criminalibus nō est de necessitate apponere cōclusionē. Et adde ea que. j. dicent ⁊ dicta sunt. s. in gl. precedē. Et inquātum dictum est de illa clausula peto ius ⁊ iustitiā mihi ministrari. Latissime ponūt Moder. in. c. ij. extra de ordi. cogni. vbi infinite decisiōes allegant: ⁊ multa priuilegia habet de quibus ibi. Et de virtute istius clausule sup quib⁹ omnib⁹ ⁊ singulis vltra ꝑdicta que ponunt in inquisitionib⁹. Uide oīno Ang. in. l. si vacātia. C. de bo. vacā. lib. x. in. xxiiij. col. q notāter loquit: ⁊ oīno Moder. in repetitiōe. c. qualr̄ ⁊ qñ. in xj. q. principali. q. lxiij. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de proba. ⁊ melius in l. ⁊ si seuerior. C. de his qui not. infa.

1 ☞ Clausula ista emergētibus ⁊ cōtingentib⁹ ⁊c. posita in inquisitiōe: si processus erat simplr̄ de vulneribus: ⁊ postea sequatur mors: an poterit sequi condemnatio de morte.
2 Clausula predicta quid operetur circa qualitates omissas: vt puta qualitatem loci, temporis, ⁊ alterius.
3 Clausula predicta si operetur φ possit sequi condemnatio super morte quomodo limitatur.



Mergentibus ⁊ cōtingentibus ⁊ cōnexis dependentibus ab eis ac prorsus extraneis dicti do. potestas ⁊ iudex: ⁊ quilibet eorum ex cuiuscūqꝫ ipsorū mero officio ꝭm formā statutoꝝ dicte ciuitatis inquirere ⁊ procedere intēdunt ⁊ dictos inquisitos ⁊ quēlibet eorū repertos culpabiles punire cōdemnare intendunt ꝭm formā iuris ⁊ statutorum cōis Bononie.

1 ¶ † Ista verba apponunt qñ si inquirit simplr̄ de vulneribus nō pōt postea sequi condēnatio de morte ex dicto processu etiā si mors fuisset secuta: vt no. Barto. in. §. pretor edixit. l. j. ff. de iniurijs. ⁊ in. l. nunφ plura. ff. de priuat. deli. Sed si dicta verba apponant qñ hoc est emergens ⁊ cōtingens ex dictis vulneribus: tunc sine nouo processu sequi poterit condēnatio de morte φ tamē intellige vt no. Bar. in. l. in senatus. de accusa. ⁊ dixi. s. in glo. sup verbo de nocte. nā quoties actori seu iudici inquirenti ius superuenit de nouo pendente iudicio φ habuit causam antiquā ante iudiciū qđ iudiciū valet ⁊ sequi debet condēnatio: vt. l. si in rem. §. fi. ff. de
2 pig. act. facit qđ plene not. Bar. in. l. j. ff. de excep. ¶ † Scđo principalr̄ operant dicta verba φ si in inquirendo omittat aliqua qualitas vt puta loci vcꝫ tute dicti pmi ꝓcessus nō poterit intelligi intētata iuxta materiā Bar. in. l. senatus. ff. de accu. ⁊. l. in delictis. §. si detract. ff. de noxali. ⁊ ibi in Flo. tñ si dicta verba apponant etiā virtute dicti ꝓcessus si dicta qualitas qualificat ⁊ probat in dicto processu sequi pōt cōdēnatio. arg. l. j. C. de or. iudi. ⁊ maxime p Bar. Bal. ⁊ Sali. ⁊ est bonus tex. ⁊ ibi Bal. de his verbis depēdentibus ⁊ cōnexis. in. l. si quis ex argētarijs. §. ratiōnū. ff. de edē. qñ in criminib⁹ ꝓcedit ad si͂litudinē ciuiliū: vt. l. absentē. ff. de penis.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde φ Moderni repetentes. c. qualr̄ ⁊ qñ. extra de accusa. faciētes tractatū sup maleficijs sup. xj. q. principali. in lxiiij. q. que incip. sexagesimoquarto quero quare subdant illa verba emergētibus ⁊ cōnexis de verbo ad verbū appro
3 bant istā sententiā do. Ang. hic. † Addūt tñ vnā limitationem inquantū dictū est φ verū est φ ꝓpter dicta verba sup emergētibus ⁊ cōnexis pōt sequi condēnatio de morte secuta ex vulnere si simplr̄ inquirit de vulnere: dicūt hoc verū si vulnus fuit causa mortis alias sec⁹ qꝛ potuit esse φ fuit mortuus ex negligētia ⁊ remittit se ad notata p ipm̄ in. c. presbyterū. extra de homici. ⁊ dicit etiā hec esse intelligenda ꝭm do

ctrinā

etrinā Bar.in.d.l.senatus. Sed certe dicāt isti doc.quicqd
velint nunq̄ hec sententia mihi placuit per ea que latissime
dixi in hac materia in solēni repetitione mea.l.j.ff.de lega.ij.
¶ Adde hic illas additiones quas addidi supra in gl.pro-
xime precedenti.
1 ☞ Clausula inchoata facta ⁊ formata: est vtilis in accu-
satione ad sciendum quis primo accusauit.
2 Item est necessaria quia licet accusatus non reaccuset suū
accusatorem vt prosequatur: tamen si proponat accusa-
tionem ⁊ subscribat apparebit quando fuit proposita ⁊ in-
choata.
3 Item apponitur ista clausula in inquisitiōibus propter ea
que posuit Bar.in.l.libellorum.ff.de accusa.⁊ propter statu
ta quibus cauetur q̄ iudex intra mensem debeat expedisse
processum a die inchoati processus.
4 Item est necessaria ista clausula in inquisitione per ea que
notat Bartolus in.l.final.ff.si quis testamen. lib.esse iussus
fuerit.
5 Statuto dicente quod potestas possit inquirere de delictis
commissis per annum ante processum inchoatum si delictū
fuit commissum occulte per duos annos ante an poterit in
quirere.
6 Ignorantia que sit illa propter quam conseruatur ius in-
quirendi.
7 Prescriptio ad inquirendum quādo currat iudici vel non.
8 Confitente reo delictum: post tempus prefinitum iudici ad
inquirendum an iudex poterit sententiam promulgare.
9 Termino ad accusandū vel inquirendum lapso si quis fue-
rit accusatus vel inquisitus an teneatur cōparere ad oppo-
nendum exceptionē prescriptionis ne in banno ponatur.
10 Statuto stante quod consules cōmunium ⁊ communia te-
neantur denūciare maleficia ⁊ capere malefactorē sub cer-
tis penis ⁊ intra certum tempus an si maleficium sit occul-
tum commune vel consules teneantur.
11 Statutum ponens tēpus terminatum in quo possit inqui-
sitio formari. limitat Ange.in.l.si qui.C.de adul.

¶ Die.xxiij.Nouembris.s̃.dicti anni.1447.

**Inchoata facta ⁊ formata fuit dicta inquisitio per dictum dominum potestatē ⁊ eius iudicem ⁊ quemlibet vel alterum ipsorū ad eorum solitum banchum iuris pro tribunali sedentes ex ipsorū ⁊ cuiuscunq̄ ipsorū mero officio arbitrio autoritate po-**
1 **testate atq̄ bailia.** ¶ † Ista clausula est ponēda primo
in accusatione quando dicatur inchoata maxime vt vide-
ri possit quando sunt accusatores hincinde quis primo ac-
cusauerit: qnoniā ille prefertur qui primo accusauit: vt.l.qui
prior.ff.de iudi.Nisi secūdo accusans accusaret de maiori ⁊
preiudiciali: iuxta.l.per minorē.ff.de iudi.vel de tali delicto
qđ si verū esset primum de quo accusatus fuit esset extinctū:
vt.l.j.C.qui accusa.non poss.facit qđ not.Bar.in.l.j.§.j.ff.vi
2 bono.rapto.vel etiam ista clausula apponit̄ ⁊ est necessaria
per ea que habent̄ in.l.is qui reus.ff.de publi.iudi.⁊ qđ not.
doct.in.l.neganda.C.qui accu.nō poss.† Nam licet accusa-
tus non possit reaccusare suum accusatorē: illud est verū ad
hoc vt possit vsq̄ ad finē prosequi sed ad hoc vt suam possit
proponere accusationē potest. Ideo vt videamus quando
suam accusationē proposuerit ista clausula apponit̄ qꝛ dici
tur inchoata sua accusatio quando fecerit subscriptionem
⁊ alia necessaria: vt.d.l.neganda.in fin.ita dicit Barto.in
3 dicta.l.is qui reus.in fin.penul.col. ¶ † Vel secundo princi-
paliter in inquisitionibus apponit̄ ista clausula per ea que
not.Barto.in.l.libellorū.in princ.circa fin.sui cōmenti.ff.de
accusa.vel etiam apponit̄ si statuto caueatur vt intra men-
sem iudex debeat expedisse processum a die inchoati proces-
sus: tunc dicitur inchoari per istam clausulā. Facit qđ no.in
rub.C.de in ius vocan.⁊ in.§.fi.insti.de perpe.⁊ temp.act.⁊
qđ no.Guil.⁊ alij in simili de citatione in.l.j.ff.de in ius voc.
facit.l.ij.C.vt intra cer.tēp.facit.l.fi.⁊ qđ ibi not.Bal.⁊ Sal.
4 C.de do.† Vel tertio ista claus. est necessaria in inquisitiōe:
per ea que not.Bar.in.l.fi.ff.si qs test.liber esse ius.fue.⁊ no.
5 Bal.in.l.fi.C.de dolo.⁊ ibi Sali.† Nam si statutū dicat qđ
potestas possit inquirere de delictis cōmissis per annū tan-
tum ante processum inchoatū ⁊ cōmissum fuit maleficiū an
te per duos annos sed fuit occulū: vt puta quia fuit falsifi-
catum quoddam instrumentū an poterit inquirere. Bart.
a in.d.loco dimisit indiscussum.Sed [a] domi.Pau.de ca.⁊ ali
qui alij doct.in suo cōsi.quod incip.potestas secundus non
habet in syndicatu suo ⁊c. Dicunt q̄ non omnis ignorātia
ius potestatis cōseruat. nam quedam sunt crimina que per
diligentē inuestigationē ⁊ inquisitionē generalē potuissent
in potestatis notitiā deuenire. quia non fuerunt ita occulte
cōmissa quin facta criminum diligenti inquisitiōe generali
possent reperiri tunc si iudex omisit facere talē inquisitionē
generalē vel min⁹ diligēter fecisset ignorātia non impedisset
tēpora statuti currere: quia cū potuit facere vt sciret habet̄
pro sciente. vt.l.qui pōt.ff.de regu.iur.facit.c.fi.de elec.talis
6 enim ignorantia fundata nō est super iusta causa. ¶ † Que
dam vero crimina sunt tam occulte cōmissa q̄ de facili non
potuissent in notitiā deuenire per generalē inquisitionē: de
qua in.l.congruit.ff.de offi.presi. ad quā iudices teneantur
sicut est in crimine falsitatis qđ secretissime cōmitti potuit
tunc ignorantia conseruat ius inquirendi quia est fundata
super iusta ⁊ rationabili causa: vt.l. semper.§. sed si is.ff.qđ
vi aut clam.que probat istam distinctionē: que probatur ex
duarū legum cōiunctione videlicet ex.l.penulti.ff.si quis te.
liber esse ius.fuerit.cōiuncta.l.fi.eo.tit. Nam.l.penul.probat
primum membrū distinctionis.l.fi.probat secundum. Et se-
cundum istam distinctionē intelligi debet quod not.Bald.
in.l.fi.C.de dolo.Barto.⁊ Bald.in.l.j.circa medium.C.qui
admitti.⁊ in.l.ij.C.de edili.actio.⁊ in.l.id qđ pauperibus.C.
de epis.⁊ cleri.pro qua distinct.casus est in simili in.c.cum in
tua.qui matri.accus.pos. ¶ Sed do. Ludo.filius Fran.de
Albe.de are.doct.solennis in suo consil.quod incip.consul-
7 tatis infrascriptis dubijs ⁊c. ¶ † Distinguit aut delictum
ex persona delinquentis erat incognitū vt in exēplo Bart.
de falsitate tunc non currit prescriptio iudici ad inquiren-
dum: aut delictum erat notū sed delinquētis persona igno-
rabatur ⁊ tunc currit prescriptio. Ista distinctio habetur
per Bartol.in.l.penulti.coniuncta.l.fi.ff. si quis te.liber esse
ius.fue. Et hanc partē vltimo loco allegando sequi videtur
Bartol. in.d.l.fina. quia cum maleficium est notum iudici
potuit inuestigare ⁊ inquirere ⁊ scire malefactorem: vnde si
non fecit sibi imputetur ⁊ currit prescriptio. argumen.l.qui
non facit.ff. de regu.iur. Sed Lud.de roma.in.l.j.§.occiso-
rum.ff.ad silla.dicit primo quod licet Barto.in.d.l.penulti.
vel fina.non determinet tamen in.d.l.eum.§. qui in popula-
ribus.ff.de iureiuran.decidit quod a die scientie currit tem-
pus. Sed Bald.ibi tenet contrarium quia accusatio vel in-
quisitio a tempore delicti cōmissi certa est ergo ignorantia
non impedit currere cōtra eos prescriptionē quia s̄m ipsum
pro inducenda libertate tempus contra ignorātem currit:
⁊ maxime quia non requiritur factum prescribentis: vt.l.si
partem.§.si per fundum.ff. quemadmodum ser. amit. ⁊ idē
tenet Bald.in.l.genero.ff.de infa.vbi etiam dicit quod quā
tuncunq̄ delinquens confessus esset deliquisse: tamen si hec
confessio post lapsum temporis facta sit inquisitio vel accu-
satio fundari nō poterit: quia paria sunt quem absolutum
esse vel terminatū prescripsisse: vt.l. sed si vnus.§. sed si a te.
ff.de iniur.facit.C.de iniur.l. si non cōuicij. Nec ob. s̄m eum
quod delicta remaneant impunita ⁊ multa illicita commit-
tuntur: vt.l.penulti.ff. de his qui notan.infa. ⁊ ad hoc deci-
dendum allegat theoricam Guil. in.l. si cum exceptione.§.
satis clementer.ff.quod me.cau.vbi dicit q̄ vbicūq̄ tractat̄
de odio sumēdo vel finiendo semper tēpus prefixū in dubio
presumitur cōtinuum: ⁊ sic currit a die ignorantie: vt.ff.de
dolo.l.fina.sed ita est in casu nostro igitur ⁊c. Sed Ludoui.
in.d.§. occisorum. dicit quod.§. si per fundum. allega.per
Angel.non ob.quia respondet ibi vt not.Bald.videlicet q̄
ibi loquatur in prescriptione extraiudiciali que causatur ex
non vsu. secus est autem in prescriptione iudiciali vt est in
casu nostro: quia illa etiam dum tractatur de odio finiēdo
aut de libertate inducenda nō currit nisi a die scientie. Sed
tamen contra istud dictum do.Ludo.facit quoddam cōsi.
quorundam docto.Florentinorū videlicet.do.Nelli.de san-

a ¶ Sed.d.Pau. de ca.in ↄsi.ccxxviij.in.j.imp̄ssis ⁊ ibi vide Roma. in ↄsil.ccxxviij. ⁊ ibi quādo currat tempus executori.Ber.

cto Gemin. do. Stepha. bonacursij. do Guil. de tenagul.
do. Gaspa. m. Ludo. qd cōsi. incip. secūda dubitatio est ⁊c.
In quo quidem consilio tenent dicti docto. quod quoties
agitur de odio finiendo omne tempus est cōtinuum. Unde
omnis actio ad vindictā: ⁊ omnis accusatio habet tēpus:
⁊ sic concludunt dicti doct. quod potestas post dictum tem
pus cognoscere non possit. hoc fallit dicunt ipsi quando de-
lictum esset omnino incognitum quia tunc nō currit prescri-
ptio. secus quando est notum alicui accusare volenti vt. s̄. p
batur. ⁊ in. l. annus. de calumnia. ⁊ in. l. cum sex. de edil. edi.
8 Unde tenet opi. Ange. ¶ Unum tamen dicit esse notañ. †
quod illud quod dicit Bald. de confessione post tempus fa
cta est falsum per no. per Bal. in. l. properandum. in fi. prin.
C. de iud. dicens quod quantūcunq; tempus termini sit la-
psum attamen si post illud pars confiteretur in iudicio vi-
gore confessionis non obstante lapsu termini iudex poterit
sententiā promulgare eo quod confessio facta in iudicio in-
ducit notoriū: vt. l. ictus fustium. ff. de his qui notā. infa. in
quo iure ordo non seruatur vt. c. ad nostram. de iureiuran.
Ita dicendum est quod iudex virtute notorij resultante ex
9 iudiciciali confessione procedere potest. ¶ † Ex quo etiam
deciditur si post lapsum termini ad accusandum vel ad in-
quirendum accusatus vel inquisitus tenetur comparere ad
opponendum exceptionē prescriptionis ne in banno possit
poni. Istam. q. format Bartol. in. l. ij. §. ij. ff. ad turpil. ⁊ me-
lius in. l. si cum. ff. si quis cau. Et distinguit aut ex tenore in-
quisitionis apparet impossibilitas cognoscēdi aut non. Pri
mo casu ex processu bannum nō potest sequi: facit quod no.
gloss. docto. ⁊ Bartol. in. l. vbi pactum. C. de trāsac. ⁊ Bar.
in. l. eum qui ita. ff. de verb. oblig. ⁊ in. l. si vnus. §. pactus ne
peteret. ff. de pact. Ratio quia libellus continet in se expres-
sum errorem ⁊ ideo est ineptus. Unde quicquid sequitur ex
eo est nullum. l. cum quedā puella. ff. de iurisdi. om. iudi. pro
qua alle. Lud. in. d. §. occisorū. q2 sentētia lata virtute inepti
libelli est ipso iure nulla. Et elegāter dicit glo. insti. de obli. §.
fi. p quo alleg. tex. ff. de iureiur. l. si libertus. ⁊. c. cū delicti. de
empt. ⁊ vendi. Ideo cōparere tenetur al's in banno ponit:
hoc dicit Bald. per. d. l. si eum, in prin. que omnia bene not.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde ꝙ per
predicta non haberes perfectā conclu-
sionem in hac materia: ⁊ certe iste passus dubius est ex eo
ꝙ doc. vario modo locuti sunt: sed referā ea que reperio scri
pta penes docto. Nā Ange. in authē. de san. episc. §. si quis
rapuerit. per illū text. dicit ꝙ iste text. est not. ad hoc ꝙ pre-
scriptio temporalis non currat ignoranti se actionē habere
quod apparet: quia annus qui datur ad vendicandū ibi di
cta bona incipit currere a die scientie cōmissionis dicti male
ficij. Et ideo per predicta infert ad questio. nostrā dicens ꝙ
per hec patet ꝙ si statutum dicit ꝙ intra sex menses possit
de maleficio cognosci. Isti sex menses nō incipiunt currere
nisi a die quo scitur maleficiū fuisse cōmissum. allegat. l. j. ff.
ꝙ vi aut clam. ⁊ ad filla. l. si quis in graui. dicit tamē ꝙ pre-
scriptio. x. annorum. xx. vel. xxx. currit ignoranti vt. l. omnis.
C. de prescriptio. xxx. annorum. ¶ Subdit tamen ꝙ ista pre
scriptio temporalis non currit ignoranti ad ipsius incōmo-
dum. Et ita dicit ꝙ habemus intelligere text. in. l. genero. ff.
de his qui notā. infa. ⁊ ad hoc allego Angel. in. l. genero. ff.
de his qui notā. infa. vbi latissime disputat istam materiam
quando tēpus est vtile vel continuū allegando oēs doc. an-
tiquos ⁊ infert ad questio. nostrā: ⁊ facit mentionem de do
ctrina Barto. in. d. l. penulti. ff. si quis te. liber esse ius. fuerit.
⁊ quomodo Barto. istam materiā indecisam reliquit, tenet
tamen Angel. in. d. l. genero. quod tale tempus non currat
nisi a die scientie per. d. l. genero, ⁊ per. l. auus. ff. de calū. ⁊ p
l. semper. §. hoc interdictum. quod vi aut clam. ⁊ per regulā
que dicit ꝙ omnia tempora a principio sunt vtilia: vt nota.
in rub. ⁊ in. l. j. ff. de diuersis ⁊ tempo. prescrip. in gloss. rubri.
quia impedito agere a principio non currit prescriptio. vt. l.
attilicinus. ff. de serui. rustico. predio. Et quia expedit reipu-
blice maleficia puniri. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. Nō ob.
l. omnes. C. de prescrip. xxx. annorum. quia ibi expresse impe
rator statuit vt currāt tempora ignoranti. Et ideo currit vt
ibi ⁊ in corpore vt facte noui constitu. Nec ob. d. l. penul. que
allegatur pro casu in contrarium quia ibi delictum fuit cō-
missum per seruum in seruitute existentem. Unde non mirū
si scientia superueniens non est causa inducendi actionem
que ab initio non est nata. Sed in questione nostra ius accu
sandi erat ortum: sed ignorabatur contra quem quia male-
ficium erat occultum. Et ideo non mirum si eo in notitiā de-
ducto competit potentia accusandi: ⁊ dicit ꝙ istam quest.
habuit de facto Perusij tempore domi. Quiriti de Nannia
assidente secum quodam domi. Barthol. de placentia: qui
per predictas leges ⁊ rationes quendam decapitari fecit.
¶ Item adde ꝙ ista videtur decisio Bartol. in. l. eum qui.
§. in popularibus. ff. de iureiuran. qui per tex. in. l. semper. §.
alius. ff. quod vi aut clam. dicit ꝙ licet tempus limitatum a
statuto currat a die operis perfecti. Tamen hoc intelligen-
dum est si in notitiam eius peruenit quia si opus est factū
clam: tunc tempus non curreret per. d. l. semper. ⁊ alias vidi
doctissimos aduocatos multum magnifaciētes ⁊ exclamā-
tes in hac materia de illa doctrina Bartol. in. d. §. in popu-
laribus. ⁊ idem tenet Pet. de ancha. in. c. canonum statuta.
extra de constitu. in versicu. sed alibi querit Barto. ¶ Sed
aduerte ꝙ licet Bartol. istam questio. indecisam reliquerit
in. l. fina. ff. si quis te. liber esse ius. fue. q2 dicit ꝙ questio du
bia erat ⁊ de facto pēdebat. Tamē Bal. in. l. fin. C. de dolo.
pōderans ibi illū tex. dicit ꝙ ille tex. facit ꝙ si statutū dicit ꝙ
de maleficijs non possit inquiri vltra sex menses debet intel-
ligi siue maleficiū erat manifestum, siue occultum quia non
a die scientie: sed a die delicti connumeratur tempus vt ibi
probatur: ⁊ idem tenet Sali. in. d. l. fina. qui etiam not. dicit
ꝙ si statutum prohibet vltra dictos sex menses cognosci ꝙ
lis inchoata intra sex menses debebit intra idem tempus
terminari: alias vltra dictos sex menses cognoscere: ⁊ hoc
repugnaret dicto statuto. Et certe hoc est notabile verbum
in materia. ⁊ istam opinionem tenet Angel. in. l. fi. ff. si quis
te. liber esse ius. fue. qui dicit ꝙ licet contra istam decisionem
faciat text. in. l. auus. ff. de calū. scilicet ꝙ prescriptio non de-
beat currere ignoranti cum non subsit potentia agendi pro
pter ignorantiam. Ergo videtur ꝙ prescriptio nunq̄ fuerit
inchoata vt. l. j. ff. de diuersi. ⁊ tempor. prescrip. Dicit tamen
ꝙ contrariū est verū quia actio nata est licet propter ignorā
tiam in iudiciū non sit deducta que nō obest etiam in initio
cursus prescrip. tex. alleg. in. l. si fundum. §. si partem. ff. quē-
admodum serui. amitta. ratio est quia hec prescriptio currit
absq; facto prescribentis ⁊ est prescriptio fauorabilis sic in
l. sequitur. in. §. si viam. ff. de vsucap. ⁊ quia prescriptio statu
taria subrogata est in locum prescriptionis legalis longissi-
mi temporis vnde sapit eius naturam ⁊ illa currit ignoran
ti etiam ius ⁊ factum. l. si quis emptionis. in fin. C. de prescr.
xxx. annorum. Quinimo dicit quod credit non posse implo-
rari beneficium restitutionis in integrum ex clausula gene-
rali: q2 in executionibus penarū illud non vendicat sibi lo-
cum nec minoribus patrocinatur. l. auxilium. ff. de mino. §.
in delictis. licet alias habeat locum vbi esset prescriptio pro-
pter ignorantiam non propter aliud impedimentum con-
tra actionem ciuilem per text. in. l. attilicinus. ff. de seruitu.
rustico. predio. ⁊ dicit ista menti esse tenenda: quia multo-
ties ista veniunt de facto: certe passus hic dubius est cum
nedum docto. sint varij sed illustres docto. ipsimet variant
quia in vno loco vnum dicunt ⁊ ipsimet in alio loco dicunt
contrarium. ⁊ ideo Angel. non fuit recordatus de his que
scripsit in. d. l. genero. vbi expresse dicit contrarium ⁊ istam
partem tenet etiam Bald. in. l. eum qui. §. in popularibus.
ff. de iureiurand. in fin. ¶ Sed aduerte quod contra istam
decisionem videtur tex. ⁊ quod ibi docto. in. l. j. C. de exacto-
rib. tributo. libro. x. vbi habetur quod tales prescriptiones
non currant ignoranti per quem text. dicunt docto. quod
vbi pena veniret imponenda iudici non inquirenti de ma-
leficio intra dictum tempus, vel officiali non denuncianti:
puta syndico vel ei ad quem pertinet denunciare intra di-
ctum tempus: tunc tale tempus nunquam currit ignoran-
ti nisi a die scientie: ne ignoranti videatur pena imposita.
Et iste est text. in dicta. l. j. quem text. ibi ad hoc propositum
ponderat Bartol. ⁊ hanc limitationem ponderauit etiam
Alberic. de rosa. in questio. statutorum questio. lxxx. in se-
10 cunda parte in questione que incipit. † Sed quero si consu-
les communium ⁊ communia ex forma statutorum tenean
tur denunciare maleficia vel capere malefactorem sub cer-
tis penis ⁊ intra certum tempus ⁊ maleficium sit occultum
puta furtum vel aliquod aliud maleficium factum de nocte
puta quia maritus occidit vxorem in lecto sicut dicit Albe.
quod sibi occurrit de facto an cōmune teneatur ⁊ dicit qd
putat quod non, ⁊ dicit quod hoc sepe obtinuit per. l. j. §.
occisorum. ff. ad sillania. ⁊ ibi etiam Alberic. hoc dixit: et
Dyn. hoc voluit in. l. si quis in graui. §. in sepulchro. eodem
titu. ⁊ hoc etiā affirmauit Alber. in. l. si ideo. C. de his quib.
vt indig. dicit tamen Alberi. in dicta questio. lxxx. quod cer
te contra istam decisionem fortiter obstat tex. in. l. cum fra-
trem. C. de his quib. vt indig. vbi frater fuit occisus cum ve
neno.

neno. ⁊ sic occulte tamen heredes puniuntur si non vindicant necem. Sed Alberic. respondet quod intelligit illam.l. cum determinatione dicte legis, si ideo. scilicet quando delictum est manifestum: ⁊ ex tunc cedit tēpus. argumē.l. cum lex.ff. de edili. edicto. ⁊.l. auus.ff. de calum. Et istam partem tenet in terminis Bartolus in.l. diuus. la secunda in vltima colū.ff. de custo. reo. ⁊ Bald. in lege prima. C. de his qui latro. ⁊ Bart. in.l. semper. §. hoc interdum. in versi. annum.ff. quod vi aut clam. ⁊ Bart. in.l. auus.ff. de calum. ⁊ Bartol. in.d.l. fina.ff. si quis testa. liber esse ius. fue. ⁊ Bartol. in lege prima. §. occisorum.ff. ad silla. ⁊ Bald. in.l.j. per illum text. C. de priua. carceribus. ⁊ Bal. in.l.j. C. de falsa mone. ⁊ Angel. in.l. si cum exceptione. in. §. in hac.ff. quod metus causa. affirmauit etiam Angel. in.d.l. genero. ⁊ Ange. in.d.l. semper. §. hoc interdictum. dicit quod ista questio fuit formata per Dyn. ⁊ Jacob. de arena ibi per illum text. hoc expresse affirmauerunt quod tale tempus ad inquirendum non currit potestati ignoranti maleficium quo ad euitationem pene si non inquisiuit ⁊ syndico si non denunciauit. Moderni tamen in.d.l. fina. C. de dolo. videntur tenere illam partem quod tale tempus currat potestati ignoranti si non inquirit quo ad hoc vt non possit amplius inquirere illo tempore elapso: quia regulariter omnes prescriptiones habent tempus continuum nisi contrarium reperiatur specialiter statutum: ⁊ allegat gloss. ⁊ Bartol. in Rubrica.ff. de diuer. ⁊ tempo. prescrip. ⁊ gloss. in fi.ff. eodem titulo per.l. nunquā. §. in vsucap.ff. de vsuca. ⁊ per pulchra verba Bal. declarat in.l. quamdiu. C. ad municipa. ⁊ istam partem tenuit Bal. in.d.l. genero. ⁊ Rom̃. in.d. §. occisorum. nisi s̄m eos tale statutum esset conditum ab episcopo, vel comite, vel marchione: ⁊ non a populo quo casu cum tale statutum tanquam factum a magistratibus habeat vim iuris pretorij: vt declarat Bartol. in.l. stipulationum alie. in principio.ff. de verborum obligationibus cum concordan. quas ibi dedi. Ideo tempus prefixum a iure pretorio semper intelligitur esse vtile ⁊ non cōtinuum: vt voluit etiam tex. notabilis. institu. de perpe. ⁊ tempo. act. in ver. annum. ⁊ not. Bartol. in Rubri. supra allegata. ideo non currit ignoranti. Ita loquitur tex. in.d.l. auus. ⁊ in.d.l. semper. Tempera vero continua currunt impedito tam propter ignorantiam quam propter absentiam ⁊ similia: vt habetur in dicta leg. fin. C. de dolo. ⁊ in l. fin. C. de prescrip. longi tempo. cum similib. Et hanc partē quam tenent Moder. in.d.l. fina. videtur approbare Pau. de cast. in.l. genero.ff. de his qui notan. infa. in vltima colū. qui dicit quod reperitur quedā singula. doctrina Guiliel. de cu. in.l. si cum exceptione. §. si quis.ff. ꝗ met. causa. qui dicit quod tempus prefixum ad accusandum vel inquirendum propter odium ipsius accusationis vel inquisitionis semper currit ignoranti: ⁊ ideo elapso illo tempore non poterit fieri inquisitio vel accusatio. Et subdit ipse Paul. de cast. ꝗ est ista bona cōclusio: quia tempus legale in dubio est continuum: ⁊ non vtile per illam gloss. not. in.d. rubrica ff. de diuersis ⁊ tempo. prescrip. ⁊ facit mētionem ibi Pau. de castr. quomodo Bal. ibi tenet istam partem. licet Ange. dicat contrarium ibi: ⁊ se iactat habuisse hanc questionem de facto ⁊ obtinuisse. Sed Paul. de castr. dicit quod sue rationes sunt satis debiles et deridet Angel. qui allegauit gloss. in rubri.ff. de diuersi. ⁊ tempora. actio. que secundum eum dicit quod tempus legale in dubio est vtile: ⁊ illa gloss. dicit cōtrarium quod imo tempus est continuum in dubio. Sed aduerte quia mihi durum sapit quod prescriptiones breues currant iudici ignoranti vel accusatori: ⁊ maxime quod lapso illo modico tempore non possit inquiri contra delinquentes maxime si sunt delicta atrocia ⁊ contra iura naturalia cum de iure communi huiusmodi prescriptiones durarent per spatium viginti vel triginta annorum regulariter ad hoc vt non possit querelari de delicto: dico regulariter per text. ⁊ glos. in.l. querela. C. de falsis. cum similib. ⁊ ꝗ ibi per glos. Barto. Bal. Ange. Sali. ⁊ docto. ⁊ per glos. in l. in cognitione.ff. ad silla. ⁊ ideo quod propter breue tempus statuti tridui vel mensis: vel sex mensium vel per annū tollatur vt non possit queri de delicto hoc non credo de iure posse sustentari: iura enim supra allegata que volunt ꝙ tempus currat ignoranti regulariter habēt maximum tractum temporis decē viginti vel triginta anno. vt not. in.d.l. omnes. ⁊ in.d.l.j. qr lex presupponit ⁊ presumit ꝗ elapso illo longo tempore quo non est quesitum de delicto illud delictum non fuerit perpetratum in rerum natura: qr prescriptio equiparatur veritati.l.j. C. de seruitu. ⁊ aqua. vt inquit Bal. in.c. fin. in vlti. col. de feu. dato in vicem legis cōmisso, he rationes cessant quando tempus breue est. Et ideo dicit Bal. in.c.j. §. porro. qualiter olim feudum pot. alie. quod iste prescriptiones criminales vel minoris temporis nunquam currunt ignoranti: ⁊ affirmauit Bald. c. fin. de prohibi. feu. alie. per lotha. ⁊ maxime elapso illo tempore posset queri de delicto si constaret de delicto per confessionē delinquentis. ⁊ hoc videtur etiam esse de mente Bal. in.l. properandum. in fin. princip. C. de iudi. per rationem quam ipse ibi assignauit vt supra dictum est. Tenentes tamen aliam partem possent allegare alias limitationes vt potest colligi in decisionibus doc. supra per me allegatis ⁊ negari non potest quin

11 iste passus non sit dubius in iure. ¶ † Item in hac materia adde vnam mirabilem limitationem Ang. in.l. si qui. C. de adul. qui allegando Jac. but. vult quod elapso illo tempore terminato ab ipso statuto poterit inquisitio formari et omnino vide Pet. de ancha. in repetitione. c. canonum statuta. extra de constitu. in materia interpretationes ibi dum dicit. Quintodecimo vtrum statuta recipiant interpretationem in sexto. Sed alibi querit Bartol. ⁊ non soluit vtrum illud tempus ad accusandum ⁊c. Et ibi dat vnā mirabilem limitationem in materia quam omnino videas. ⁊ Paulum de castro in consilio. ccxxvj. qui ponit de quadam muliere que fuit impregnata: an tempus incipiat currere postquā peperit: ⁊ an tempus currat ignorāti: ⁊ an tempus sit vtile vel continuum.

12 Procedi omni die ⁊ tempore: an possit in criminalibus

12 **Ange.** ¶ † Quero an omni die ⁊ tēpore possit procedi in criminalibus. Dic quod de iure communi non pōt procedi diebus feriatis nec in honorem dei: vt.l. si feriatis.ff. de fer. nec etiam feriatis in hominum vtilitatem: vt.l. custodias. ⁊ ibi Bartol.ff. de publicis iudicijs. nisi aliter per statutum sit prouisum: ⁊ sic habeas menti ꝙ ille ferie que sunt ⁊ obstant in ciuilibus sunt etiam in criminalibus: saluo quā in casu.l. prouinciarum. C. de fer. in quo casu potest procedi propter criminis immanitatē etiam in die paschatis.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde ⁊ dic ꝗ imo videtur ꝗ indistincte executio criminalis fienda est die dominico: quia ius dicit quod non est peccatum occidere delinquentem. xxiij. qō. v. qui malos. ⁊. c. iudex. Sed Joā. and. ⁊ Anto. de but. ⁊ Abb. ⁊ omnes docto. in capitulo primo. extra de fer. dicunt quod licet non sit peccatum est tamen horrendum ⁊ miserabile: ⁊ ob rei reuerentiam abstinēdum: non tamen ob. quod dicitur quod beati qui faciunt iustitiam omni tempore: quia intelligitur omni tempore scilicet competenti: vt. c. nunquam. de consecratione distin. v. ⁊. c.j. de vsuca. Excipit tamen Hostien. ibi fallit in publico latrone ⁊ nocturno depopulatore per.l. prouinciarum. C. de fer. Et voluerunt ibi doct. maxime Anto. de but. ⁊ Abb. ⁊ moderni: que conclusio mihi placet quia.l. prouinciarum non loquitur in nocturno depopulatore: sed propter inhumanitatem criminis extendunt illam.l. prouinciarum. ⁊ videtur esse de mente Baldi in dicta lege, prouinciarum. que non loquitur nisi in certis latronibus vt extendatur illa dispositio ad omnia delicta que sapiunt inhumanitatem. ⁊ vide domi. Anto. ⁊ Abba. ⁊ docto. in. c. fina. extra de iudi. aliquid per docto. in. c. fin. extra de ferijs. Et certe ista. q. est m a le formata hic quia hoc quod sequitur non bene conuertit.

13 Statuto dicente ꝙ potestas non possit cognoscere de maleficio cōmisso ante inchoatum processum per annum modo aliquis fecit ligam prohibitam iam sunt tres anni, que adhuc durat: an possit de hoc crimine cognosci, ⁊ vtilis erit clausula inchoata facta ⁊c.

14 Statuto cauetur quod iudex expediat processum vel accusationem intra duos menses probata accusatione intra legitimum tempus opponitur de falso contra testes an talis instantia prorogetur ita quod si iudex nō expediat causam non incidat in penam.

15 Potestas cognoscere non potest de maleficijs cōmissis per sex menses ante initium officij sui modo ante lapsum termini inquiritur, sed inquisitio nō habet substantialia propter quod fit alia recta sed post sex menses dictos; an poterit delictum tunc puniri.

16 Limitatur primo versiculus procedens qui incipit, statuto cauetur: si iudici ex actis constet de innocentia accusati.

17 Limitatur secūdo si accusatus accusaret suū accusatorem ex eo quod dicat eum produxisse falsos testes.

18 Accusatus de homicidio si in medium exceptionis dicat testes falsos esse differtur questio homicidij.

19 Limitatur primo dictum precedens: nisi iudici cõstet ꝙ in fraudẽ ⁊ causa litis differende talis exceptio proponatur.
20 Limitatur secũdo nisi imputari possit accusato qꝫ nimis se arctaret ad opponendum exceptionem predictam.
21 Aduocati caute faciunt vt accusatus de homicidio accuset accusatorem qꝫ testes falsos producit vel excipiat cõtra testes de falso.

13 **Ange.** ¶ † Est etiã talis clausula vtilis: qꝛ si statutum dicit qꝫ potestas non possit cognoscere de maleficijs cõmissis ante inchoatũ ꝓcessum ꝑ annũ. Modo pone ꝙ aliquis cõmisit maleficium ꝙ habet causam permanentem[a] vt puta qꝛ in loco prohibito fecit edificiũ ꝙ adhuc durat: vel facta fuit quedã liga vel cõiuratio prohibita iam sunt tres anni ⁊ adhuc durat an possit de hoc crimine cognosci. Glo. in.l.eũ qui.§.in popularibus.ff. de iureiurã. videtur velle ꝙ non. In cõtrariũ facit.l.j.ff. de vsufru.accre. ⁊ in.l.eũ qui.⁊ qꝫ not. Barto.ff.de fur.facit.l.fi.§.fi.cũ gloss. de his qui deiece.vel effude. ⁊ predicta procedunt si statutũ dicat si quis habuerit edificiũ in platea: secus si dicat si qs edificauerit: qꝛ tũc inspicimus tẽpus edificationis: ⁊ abinde currit prescriptio si hoc notũ erat secus si factũ esset clã: vt.l.semper.§.annus.ff. qꝫ vi aut clam. ita dicit Bart.in.d.§.in popularibus.de quo plene in cle.j. de consan.⁊ affi.per Pe.de ancha.facit.l.inficiando.§.infans.ff.de fur.⁊ qꝫ no. Bart. vbi ponit an vnus ludus cõtinuatus sit vnus ludus vel plures ludi dic vt ibi per eũ: quia nõ est materia nostra. Et aduertas ꝙ illud statutũ qꝫ dicit ꝙ potestas non possit cognoscere de maleficijs ante suum officium per sex menses cõmissis: intelligitur ⁊ intelligi debet principaliter non autẽ secundario ⁊ incidenter. Unde si de alio inquiratur vel agatur ⁊ postea incidenter ⁊ secundario deducatur vnum delictum cõmissum ante annum quod potestas poterit cognoscere ⁊ punire. Ita dicit Bal. in auc. qui semel.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊ pro hoc facit quod not. Bart.in.l.si quis nec causam.ff.si cert.petat.in illa.qõ. an valeat statutũ in fauorem bannitorum: vbi dicit ꝙ sic: quãdo fit in fauorem reipublice principaliter ⁊ in consequentiam: ⁊ necessario resultat vtilitas bannitis: secus si principaliter in fauorem bannitorum statueretur: de quo ibi per eum: facit.l. interdum
14 §. qui furem.ff. de fur. ¶ † Quid autem si statuto cauetur quod iudex expediat processum intra duos menses vel accusatio vel inquisitio intra legitimum tempus: sed opponitur de falso[b] contra testes an talis instantia prorogetur: ita quod si iudex non expediat causam non incidit in penam. Istam.q.format Cyn.⁊ Bald.in.l.j.C.qui accus.non pos.⁊ ibi finaliter concludit Bal. ſm aliquos ꝙ iudex cõdemnet saluo ⁊ reseruato ꝙ si apparuerit postea ꝙ testes falsum dixerint quod condẽnatio habeatur pro non facta ⁊ interim non potest fieri executio: vt.l.si pecuniam.ff.si cert.pet. Sed Cyn.⁊ Ray. tenent ꝙ debet supersedere in prima ⁊ cognoscere de testiũ falsitate ⁊ prima instantia prorogata intelligitur quia iudex cum de vita hominis agatur: debet multũ ponderare: vt in auc.vt iudic.sine quoquo suffra.⁊.l.si quis vltro.ff.de questionibus. in.ij.colum. Et hoc verum est si illi testes qui necessario faciebant probationem redarguuntur de falso. Si autẽ preter eos qui redarguũtur remanet probatio sufficiens non suspenderetur: vt.C.de questionibus.l.j.facit.l.j.in fin.ff.queãdmodum.testa.aper.ita dicit Bald. in.d.l.j.C.qui accusa.non pos. vbi istam questionem vide latius.
15 ¶ † Et aduertas diligenter pone vt supradictũ est qꝫ de maleficijs cõmissis retro per sex menses ante initium sui officij potestas cognoscere non possit. modo a die commissi maleficij antequã trãseant dicti sex menses potestas inquirit vel per accusationem proceditur de dicto maleficio que tamen inquisitio seu accusatio de iure non habet sua substantialia fit emendatio inquisitionis vel accusationis.⁊ ponuntur substantialia post dictos sex menses a die commissi maleficij: an illud fieri possit ⁊ tale delictum puniri. Respõdeo qꝫ non. ita singulariter dicit Bart. ꝙ de facto determinauit in.l.edita.in.ij.colũ.ver.⁊ per hec determinatur questio ⁊c.C.de eden.allegat.ff.de adulter.l.accusaturus, quod not. singulariter.

**Augusti.** ¶ Item inquãtum tacta e si supra illa difficultas: an questio falsitatis faciat supersederi in causa principali. Addatis ꝙ reperio Alberi. de ros. in duobus locis latissime disputasse istã difficultatẽ. Primo in.l.fi.C.si ex fal.instru. Secũdo in questionibus statutorum in prima parte.q.lxxiij. que incipit, modo subijcio questionem disputatã per do. Richardum que talis est ex fõrma statuti tenetur rector intra.lx.dies terminare causas criminales sub certa pena subdit contingit aliquem fore accusatum de homicidio ⁊ probatum est per testes. Ipse accusatus vel tertius arguit ⁊ accusat testes falsos vel opponit testes esse falsos an hoc pendente sine metu pene possit iudex differre vltra.lx.dies illam primã causam criminalem de homicidio ⁊ dicit ꝙ certe illa lex vltima.C. si ex falsis instru. multum facit ꝙ differri debeat quia si sententia lata fuisset pretextu falsorũ testiũ retractaretur per totũ titu.C.si ex falsis instr.⁊ per.l.diuus.ff.de re iudica. Ergo multo fortius differri potest. Subdit tamen ipse Alberic.ꝙ Richar. in loco supra allegato post multa subtiliter allegata ꝓ ⁊ cõtra determinauit oppositũ quia nõ potest dici questionem homicidij differendã nisi hac sola ratione: quia si testes de falso condẽnarentur accusatus de homicidio esset purgatus ⁊ ad hoc tendunt omnia iura pro hac parte per ipsum allegata: dicit ergo Alberic. est ergo solũ hoc attendendũ vtrũ acta in questione falsi preiudicent in questione homicidij quia si preiudicant oportet differri alias non. Qꝫ autem non preiudicẽt nec opitulentᷣ videtur casus in.l. is qui reus. ff.de publi.iudi.ibi dum dixit in tex. ꝙ nõ relatione criminũ sed innocentia reus purgatur.⁊ pro hoc est bonus tex.in.l.ij.§.si publico.ff.de adulte.restringit tamen se ibi Alber.nisi referatur tale crimen ꝙ adeo esset preiudiciale si cõstat illud esse cõmissum nõ sit possibile de quo prior accusatur fore cõmissum vt est exemplum in.l.j.C. qui accusa.non pos. multo ergo fortius non releuat quando crimen non in accusatorẽ sed in tertiam personam puta in testes proponitur ad penã eis imponendam: quia tunc res inter alios acta.⁊c. per totum: quomodo ergo acta in causa falsitatis possent preiudicare accusationi homicidij qui nec receptioni nec iuramẽto eorũ forte presens erat certe nullo modo. C.quibus res iudi. non nocet.l.penulti. vt intelligatur non solum in eodẽ facto sicut gloss. intelligit sed multo fortius in diuersis: vt in questione nostra. Item videtur ad hoc.l. expresse.in.l.lucius.ff. de his qui not.infa.⁊ capitulo secundo.extra de ordi.cognit. vbi diffinitur super crimine. contra assertio testium non preiudicat testibus ergo nec econtra testes debent preiudicare cause homicidij eadẽ ratiõe quia res inter alios acta ⁊c. cõcludẽdo ergo determinauit ipse Richar. vt refert ibi Albe. ꝙ supersederi non debet in ipsa causa criminali propter accusationem de falso cum vna alteram nõ contingat: ⁊ si testes deponerent in causa falsi eum viuere qui occisus dici-
16 tur. Limitat tamen hoc nisi iudici cõstaret hoc ex actis habitis in causa homicidij de tali innocentia accusati qꝛ tunc esset ferenda sententia absolutoria: imo etiã si hoc cõstat in executione sententie ꝙ ille viuus est qui dicitur occisus qꝛ illa sententia criminalis nõ esset executioni mandanda sed seruaretur id quod dicitur in.l.j.in fin.ff.de questio.⁊ in.l.
17 diui fratres.ff.de pe. ¶ † Secundo limitat Barto.predicta nisi ille qui est accusatus de homicidio accusaret accusatorem suum ex eo qꝫ dicit falsos testes produxisse: qꝛ tũc questioni homicidij differri debet quia sententia super falso lata preiudicialis esset questioni homicidij: allegat.l.fina.§. si predictum.C.de fide instrumen.⁊ qꝛ incidenter ista questio falsi detegit accusationẽ homicidij fore calumniosam ⁊ qualitercunqꝫ constet iudici in causa homicidij procedere nõ debet.l.qui cum maior.§.presens.ff.de bo.liber. Et ideo in ea causa falsi tanquam preiudiciali prius cognoscẽdum est.l.j.C.qui accu.non poss. Subdit tamen ibi Albe.ꝙ si extraneus non ille qui accusatus est accusaret de falso: tunc causa homicidij non differtur per ea que supra dicta sunt.
18 ¶ † Subdit tamen quod si accusatus de homicidio in modum exceptionis dicat testes falsos esse: tunc differtur questio homicidij cum sit preiudicialis: vt dictum est. Limitat
19 tamen hoc † ⁊ temperat nisi iudici constet quod in fraudem ⁊ causa litis differẽde talis exceptio proponitur: vt.l.j.C.de
20 iur.calum.⁊.l.satis aperte.C.de fal. ¶ † Item limitat hoc nisi imputari possit accusato qꝫ nimis se arctaret ad opponendum exceptionem predictam in.l.petenda.C.de tempo. in integr.restitu.⁊.l.nemo.C.de tempo.appellatio. Secus si sibi non possit imputari: quia accusator circa finẽ duorum mẽsium produxit dictos testes: qꝛ tunc excipiens auditᷣ ⁊ potest differri vltra sine metu pene.l.fi.C. de adul, quãtũcunqꝫ enim statutum sit strictum tamen cepit hanc interpretationem a iure cõmuni: vt iusta ⁊ necessaria causa intelligitur excepta.l.si serui.C.de noxa.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mũne.⁊ hono.⁊ facit mentionẽ etiam ibi Alber.quomodo Cyn.in.d.l.j.C.qui accu.dicit ꝙ existente ista questione de facto in palatio Bononie quidã doc.aliter dicebãt qꝫ proposita questione falsi a quocunqꝫ supersederi dꝫ indistincte in questione

a ¶ Permanentẽ, Adde Moder. in.d.§.in popularibus.⁊ Petr.de ancha. in ꝯsi.iiij. Ber.

b ¶ De falso ꝯtra testes. Adde tu ⁊ vide de hoc ꝑ Abb. in ꝯsil.xvj. in.ij.vol. ⁊ Barba.in ꝯsil.xxxvj. inci. preclare scribitur.

in questione homicidij: ⁊ ibi recitat verba Cy. que posuit in d.l.j.C.qui accusare. dicit tamen q̄d opi. Richar. vera est de facto iuris rigore: licet opinio docto. Bononien̄. mitior sit ⁊
21 equior: †caute ergo faciūt aduocati s̄m ipsum vt accusatus de homicidio accuset accusatorē suū q̄ testes falsos ꝑduxit vel excipit contra testes de fal. ¶ Adde tamen q̄ Sali. in l. si docueris. C. de fal. posuit etiā istā materiā. adde Gand. in materia, in tracta. maleficiorum, in rubri. de falsarijs ⁊ falsitatibus. in versic. sed pone q̄ aliquis producit contra me in causa quoddam instrumentū vel testamentū. ⁊ vide docto. maxime Bal. in l. lucius. ff. de his qui not. infa.
1 ☞ Inquisitionis copia quare mittaur ad camerā actorum communis.

¶ Die. xxv. Nouembris.



Ui dominus Iudex vt supra ꝑ tribunali sedens cōmisit publico ⁊ iurato nūcio q̄ copiā dicte inquisitiōis secū portet: ⁊ dimittat ad camerā actorum cōis Bononie. ¶ †Istud aūt fit ex forma statutorū locorū ne iudices pro libito volūtatis possint mutare formā inquisitiōis. ⁊ sic auferre defensionem reo quoniam oportet q̄ semper inquisitio sit cōformis cum exemplato ⁊ transmisso ad camerā: vt. l. si quis ex argētarijs. §. pertinere. ⁊ ibi Bart. ff. de edendo. ⁊ l. sempronius proculo. ff. de leg. ij. Et etiam pōt dici q̄ hoc est iure introductum. Nam sicut in ciuili libellus porrigit̄ de pluribus, libellus vnus iudicialiter parti: vt in auf. offeratur. C. de lit. contesta. ⁊ in l. j. ⁊ ibi Barto. ff. de eden. ita est in criminali mittendo copiā ad cameram superioris perinde ac si iudex inquirens qui tenet locum partis: vt not. Barto. in l. ij. §. si publico. ff. de adul. ipse det vnum libellum sue inquisitionis quem debet transmittere ad suum superiorem inter ipsum ⁊ reum: cū quo reo ipse iudex inquirens debet litigare.

**Augusti.** ¶ Tu autē in hac materia adde ⁊ dic q̄ vera est ista cōclusio q̄ de iure cautū nō est q̄ hec copia inquisitionis trāsmittat̄ ad camerā superioris: ⁊ licet. d. Ang. hic alleget Bar. in d. l. argētarijs. ⁊ in d. l. sempronius proculo. tamen Bar. ibi nihil dicit in terminis de hac materia nisi q̄ Moderni repetētes. c. qualiter ⁊ quādo: extra de accusa. faciūt mentionē de hac transmissione, sed parū curo de hac trāsmissione: q̄r est parui momenti nisi ex lege municipali hoc sancitū esset scilicet q̄ alias ex tali inq̄sitiōe nō pōt sequi condēnatoria: nisi ad camerā copiā inquisitiōis trāsmittat: ⁊ in multis partib⁹ Italie talia statuta nō sunt imo sine trāsmissione istius copie tenet ipsa inq̄sitio. Audiui alias a maximis practicis in ciuitatibus vbi vigēt huiusmodi statuta ratio finalis fuit ne introitus fisci fraudet̄ per iudices vt ille qui ꝑpter aliq̄d delictū veniret cōdēnādus in centū vel bona sua ꝯfiscari deberēt iudices ipsi vel ꝑpter amicitiā vel ꝑpter sordes condēnarent in minus.

1 ☞ Inquisitionis copia vna cum citatorio: vt plurimū ex forma statutorum loci debet transmitti q̄d seruandum est.
2 Delictum in citatione generaliter nō explicite per circūstātias loci ⁊ temporis debet contineri.
3 Inquisitionis copia cū citatorio cōmuniter ex forma statutorum semper mittitur ⁊ ita practicatur.
4 Iudices cauti, habita qualiquali informatione de delicto, iubent reum capi quādo pena est corporis afflictiua, ne facta citatione verbali aufugiat.
5 Citatio in ciuili an debeat continere copiam libelli quando quis citatur vt veniat ad respondendum libello.
6 Citatorium an debeat exprimere crimen pro quo quis citatur vel sufficiat citari q̄ cōpareat ad se excusandum a quadam accusatione porrecta contra eum.



Udex cōmisit q̄ Caius predictus et alij inquisiti citarentur.

1 ¶ †Ut plurimū ex forma statutorū loci requiritur q̄ copia
a inquisitionis vna cū citatorio[a] transmittatur que forma seruāda est. Quinimo dico q̄d etiam istud videtur esse de iure. Nam sicut in ciuili q̄n quis ad respondēdum libello citatur semper cū citatorio: videtur q̄ debeat mitti copia ad reum, alias aūt non esset reus sufficiēter instructus ad quid citaretur ad actoris petitionē: ⁊ si non cōpareret non esset contumax nec cōtra eum vt contra cōtumacem posset procedi: vt videt̄ tex. in auf. de litigio. §. ad excludendas. in princi. coniuncto. §. fi. ⁊ not. plene Bart. ⁊ Imo. in l. si finita. §. iulia. ff. de dam. infect. ⁊ ibi Imo. ergo idem erit in criminali in quo ad similitudinem ciuiliū proceditur: vt. l. absentem. ff. de pe. Et quod in criminali debeat copia totius inquisitionis vna cum citatorio mitti. no. glo. ⁊ doc. in c. preterea. de dilatio. ⁊
si ipse cõparebat retinebam ⁊ torquebam quousqȝ purga-
uerat indicia: si vero per se non comparebat licet cõpareret
per procuratorẽ etiam specialiter ad hoc cõstitutum et ple-
narie instructũ reputabam eum contumacem.argu.no.per
doc.in.l.fi.C.de pcu.⁊ p Ja.bu.ibi,⁊ Bal.in.l.seruũ quoqȝ.
§.publice.in vlti.colũ. licet Salic.in.d.l.reos.in questione fi-
nali sentiat contrarium.Et facta declaratione contumacie
tunc habetur pro confesso ƒm Barto.in.d.l.penulti.⁊ sic su
peruacanee postq̃ est habitus pro confesso interuenit pro-
curator quod tene menti quia in practica faciet tibi hono-
rem: quia cum Cyn.dicat qd docto. ita tenent ⁊ ita diceret
Barto.obseruaretur in practica non obstante aliorum opi.
⁊ isto modo faciẽdo iudex nunq̃ potest decipi. ita dicit Cy.
18 in.d.l.reos.in fi.†An autem[a] admittatur procurator ad op-
ponendum exceptionem dilatoriam.vide Cy.Bald.⁊ Sa-
19 lice.in.d.l.iij.⁊ Bart.⁊ Imo.in.d.§.ad crimen.¶†Aduer
tas tamen quod si de pluribus inquiritur contra vnũ quo-
rum aliqua inferunt penam sanguinis ⁊ aliqua non: an iu-
dex simpliciter possit repellere procuratorem dicas qd non:
quia talis confessio potest scindi: ideo pro illis que penã san
guinis non inferunt potest interuenire procurator:vt notat
Barto.in.l.iam tamen.§.fina.ff.iu:di.sol. Et si iudex nõ ad-
misit hunc procuratorem lesit partem ⁊ tenetur in syndica-
tu:vt ibi per Barto.

a ¶An aũt.adde tu ⁊ vide Cepol, in ɔsi.lxxiij.ver,

**Augusti.** ¶Tu aũt in hac materia adde inquã-
tum supra dictum est an in causa crimi-
nali a relegatione supra vel infra admittaƭ procurator licet
hic multa possent adduci ⁊ allegari:quia alias vidi disputã
tes ⁊ tenentes contra communem opinionem de qua supra
⁊ multum subtiliter allegãdo que possem hic adducere que
non adduco quia hic in isto argumento non intendo recede
re a communi opinione de qua supra. Adde tamen quod li
cet in causa criminali non admittatur procurator:tamen li-
mita quia fallit in illustribus personis quia isto casu in cau-
sa publica ⁊ criminali admittitur procurator.ita no. Bart.
in.l.si quando.C.de iniurijs.⁊ eo maxime quia detineri non
possunt personaliter.l.medicos. ⁊ ibi not.C.de pfes.⁊ medi.
nec duci possunt in questione.l.j.C.de questionibus. iũcta.l.
aduocati.C,de aduo.diuer.iudi.facit quod not.Bal.in.l.ij.
C.de liber.⁊ eo.liber.fallit etiam.d.regula,vt per Bart.in.l.
fina.C.de iniur. per Spec.in tit.de procuratoribus.§.ratio-
ne igitur.versic.sed precedens regula fallit.Et pro intelligẽ-
tia istius.§.ad crimen.vide decisionem nouam Rote.cxcvj.
⁊ eius limitationem. ⁊ per Barto.in.l.iam tamen.§.si tamẽ
plures.ff.iu.sol.⁊.j.dicetur in proxima.q.vbi dicit quod si in
accusatione vel inquisitione deducantur plura delicta inter
que sit aliquod cuius occasione pena pecuniaria venit im-
ponenda ⁊ in alijs corporalis quod debet illo casu procura-
tor admitti ⁊ multas fallentias et limitationes ad dictũ.§.
ad crimen.prosequere vt per Ange.in.d.§.ad crimen.⁊ per
Ang.in.d.l.reos. vbi ponit multas fallentias ⁊ etiã decem
fallentie ponuntur per gl.in.c.veniens. extra de accusatio.
⁊ ibi vide docto.⁊ no.casum singularem in.c.hoc quippe.iij.
questio.vj.ꝙ vbi ageretur de nullitate sententie late in cau-
20 sa criminali tunc potest procurator interuenire. ¶†Item
inquantum supra tactum est an vbi absens potest damna-
ri ibi possit interuenire procurator maxime hodie per statu-
ta Italie ⁊c.licet addiderim aliqua in isto articulo supra in
addi.in proxima questione precedenti. tamen Angel.mul-
tum late in.l.reos,C,de accusa.in.vj.fallentia.dicit ꝙ Bar.
in hac materia posuit vnam suam nouam opinionem ⁊ pul
chram dicens qd non admittitur procurator qui dño possit
obesse ⁊ nõ prodesse ⁊ dicit esse casum,in.d.l.j. an per alium
vbi nõ interuenit procurator si tamen est capitalis ⁊ in cau-
sa appellationis ferri potest sententia in absentem:vt.l.fi.C.
de tempo.ordi.sed bene admittitur excusatio simplex ad al-
legandum pro absente causas innocentie criminis quia al-
legatio potest esse domino proficua nõ autem in aliquo no-
ciua. Sed Ang.bene dicit ꝙ ista opi. Barto.non est bona:
qꝛ.§.publici loquitur indistincte ibi quãuis ⁊c. De habente
⁊ nõ habente mãdatum.¶Item qꝛ forma huius procura-
torij est reprobata a iure per Innocen. in.c.constitutus. de
procura.⁊ si eius opinio esset vera sequeretur ꝙ possit con-
stitui procurator ꝙ domino prosit ⁊ non obsit quod falsum
est dicto.c.constitutus.patet quia procurator debet ita con
stitui vt per eius aduentum conditio aduersarij non efficia-
tur deterior.l.ij.§.pe.ff.qui.ex cau.in pos.eatur.⁊ ad rationes
Bart.multum eleganter respondet: dic vt ibi per eum ⁊ in
hac materia quãdo procurator possit interuenire. vide Ga
spar.de calde. in consil.suo.iij.in titu.de accu. et ibi ponit de
quodam abbate qui petebat quosdam monachos detrudi
in carcerem propter eorũ crimina an possit interuenire pro-
21 curator.¶†Et aduerte inquantum supra dominus Ang.
tetigit illã difficultatem ꝙ citabat reum personaliter ꝙ ve-
niret in persona ad respondẽdum licet tali casu procur.pos-
sit cõparere vel dubium an procurator possit comparere et
postea ipsum detinebat in carceribus:quia alias vidi istam
questionem dic ꝙ pro ista opinione certe videtur glo.in.l.fi.
C.de procura.in gl.pe.ibi melius: ⁊ ideo colligunt doc.ex il-
la gl.quod si dominus melius nouerit veritatem q̃ procura
tor ꝙ potest iudex cogere dominum personaliter compare-
re ad respõdendum:quod est verum etiã si procu.habet spe
cificum mandatũ ad sic respondendum quia per aspectum
domini potest iudex melius perpendere veritatem inspiciẽ-
do quo vultu ⁊ qua trepidatione loquaƭ.l.de minore.§.tor-
menta.ff.de questioni.⁊ per hoc Bar.ibi,in.d.l.fi.reprehen-
dit Ja.de bu.q cõtra tenebat ⁊ hanc sententiã approbauit
Dominicus de sancto Gemi.in.c.j.de iudi.in.vj.post Joã.
de imo.⁊ Imol.in.l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dã.infect.⁊
Bart.in.l.ij.§.defendi.ff.ex quib.cau.in pos.ea. ⁊ Cy.in.d.l.
reos.C.de accu.⁊ Bar.in.l.seruum quoqȝ.§.pub.ad fi.ff.de
procura.aliqui vero volentes saluare Ja.de bu.dicũt quod
opinio Jaco.de bu.loquitur in ciuilibus ex quo procurator
specificum habet mandatum quia tunc dominus per orga-
num respondere videtur.l.qui aũt.§.fi.cum.l.se.ff.de cõstitu
ta pecu.secus in criminalibus in quib[9] ex indicijs iudex po-
test inquirere veritatem et etiam torquere.d.§.tormenta. et
istam partem expresse tenet Jo.an.in.c.fi. extra de iuramen
to calum.⁊ Ange.in.l.si actor.ff.de procu.Ang.in.d.l.fina.
C.de procura. ⁊ Bart.in.d.§.si alieno.⁊ dicit Ang.in.d.l.si
actor.quod in palatijs ita obseruatur.Et adde qꝛ dominus
Ange.supra refert Sali.in.d.l.reos.tenuisse contrarium: et
idem voluit Imol.in.d.§.ad crimen.dicentes quod non so-
lum in ciuilibus sed nec in criminalibus potest quis priuari
beneficio quod non possit comparere per procuratorem ha-
bentem ad hoc speciale ⁊ specialissimum mãdatum ⁊ quod
ipso inuito compareat personaliter alias erit contumax qꝛ
hoc falsum:quia alias beneficium comparẽdi per procura-
torem a lege concessum esset illusoriũ cum semper esset in fa-
cultate iudicis auferre illud beneficium dicẽdo compareat
dominus personaliter quia melius est informatus cõtra re-
gulam indultum.de reg.iur.libr.vj.nec ob.§.tormenta.quia
respondet quod ille non habebat specialissimum mandatũ
vel ibi causa criminalis talis erat in qua procu.non potest
comparere.⁊ sic Imo.vario modo locutus est in ista mate-
ria quia vnum dixit in dicto.§.si alieno.aliud in.c.j.extra de
22 iudi.†Limita tamen predicta secundum ea que dixit Petr.
de anchara.in.c.j.extra de iudi.in.vj.⁊ Bald.⁊ Pet.de an-
chara.in.d.l.seruum quoqȝ.§.publice.ff.de procura. qui di-
cunt quod in criminalibus verum est quod quis potest co-
gi vt cõpareat personaliter si indicia sunt contra eum alias
non. ⁊ voluit Bal.si recte ponderetur in.d.l.fina.C.de pro-
curato.quinimo dixit Bal.in.§.publice.quod etiam hoc est
verum in casibus in quibus potest esse locus torture secus
vbi non potest esse locus torture. ¶Adde Gandinum in
tracta.malefi.sub rubri.vtrum procurator potest interueni-
re in causa criminali.qui Gãdi.fuit maximus practicus vo-
23 luit † quod isto casu hec cautela in criminalibus valeret qd
dominus veniat ⁊ personaliter respondeat: sed omnino põ
derabis verba sua : ⁊ videtur velle quod opus est quod ali-
qua indicia precedant licet postea in fi. innuat etiam si non
essent indicia dum dicit vel tanq̃ melius informatum venit
responsurus.Subsequenter dominus Ange.hic replicauit
id quod Bartol.dixit in.l.iam tamen.§.penultimo.ff.iudic.
sol.quod si comparet procurator in pluribus causis capita-
libus ⁊ in quibusdam nõ poterat comparere procurator in
quibusdam sic:tunc poterat interuenire procurator. Adde
quod dixi supra in proxima precedenti questione et si iudex
non admisit procuratorem ledit partem ⁊ tenetur in syndi-
catu.ita dixit Barto.ibi.

24 Contumacia an sit delictum:ita ꝙ si statuto dicatur ꝙ bã-
nitus propter delictum possit impune occidi: an bannitus
per contumaciam possit impune occidi.

25 Bannum quod si propter contumaciam ⁊ inobedientiam
equiparatur multe.

26 Multam impositam:sicut propter paupertatem põt remit-
tere rector terrarum sine scientia vel consensu superioris,ita
⁊ bannum.

27 Condemnatus ex contumacia quando dicatur condemna
tus ex maleficio.

Ange.

**Ange.** ¶ †Quero an cōtumacia sit delictū ita q̄ si statuto dicatur ꝙ bānitus propter delictum possit impune occidi: an bānitus propter contumaciā possit impune occidi: hanc.q.format Bart.in.l.omne delictum.ff. de re mili.⁊ ibi cōcludit ꝙ debet inspici causa propter ꝙ fuit citatus: nā si citatur propter maleficium ⁊ fuit cōtumax dicitur dānatus propter maleficium, alias aūt si fuit simpliciter citatus ex causa ciuili ⁊ fuit contumax ⁊ tunc si propter eius cōtumaciam multaretur non dicitur dānatus propter maleficiū. ita sentit ibi Bar. facit.l.ictus fustiū.ff. de infami. vnde isto casu nō poterat impune occidi cū semper propter contumaciā condemnaretur q2 si essent partes presentes de eis fieret executio probato delicto.l.ij.C. quorum appel.nō reci.⁊.l.constitutiones.ff.de appel. licet Bal.⁊ Imo.videātur aliter dicere in.l.mora.ff.sol.ma.Cy.⁊ Ange.in.l.j.C.de crimine stellio.sed Bal.in.l.fi.C.vi bo.rap.videtur in effectu tenere supradictam opinionem Bartol.licet ibi dicat quod
25 fuerat opi. Mar. de fano†sed tene mēti tu preses prouincie ⁊ rector terrarum quod bannum quod fit propter cōtumaciam ⁊ inobedientiam equiparatur mulcte[a] vt no.gloss.in.l.j. §.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspi. ⁊ in.l.j.post princi.ff.de
26 admi.tuto.† Ex quo sequitur quod sicut multam impositā propter paupertatem sine conscientia vel cōsensu fisci vel superioris potest remittere preses prouincie ita etiam bannū. ita dicit singulariter Bar.in.l.illicitas.§.fi.ff.de officio presi. ⁊ predicta procedunt de iure: communiter autem aliter procedit per statuta q2 contumax in quocūq; crimine habeat̄ pro conuicto ⁊ confesso ⁊ potest damnari.

**Augusti.** ¶ Tu aūt in hac materia adde gl.in.l. si filiꝰ.ff.de interro.act.et gl.in.l.j.§.fi.ff. si quis ius di.non obtem.in verbo, pena.⁊ aliā gl.in.l.si plures tutelam.ff.de admi.tuto.que gl.non allegatur per doct. ⁊ aliam glo.j.q.iiij.in summa tamen glo.tenuit contrarium, in.c.ex literis.extra de consti.s.quod cōtumacia non dicitur esse maleficium: ⁊ ideo cum statuta proprie debent intelligi. l.iij.§.hec verba.ff.de nego.gest. bannitus per contumaciā per statutum non dicitur bannitus propter maleficium. Et de hac materia videnda sunt dicta per Bal.in.l.j.§. nā tractemus.ff.de tut. ⁊ rationibus distrahen. Bald.in.l.fi.C.de crimine stel.per Bal.in.l.multis.C.de appel. per Bal.in.l.j. §.fi.ff.si quis ius di.non obtempe.aliquid per Imol.in.l.pe. §.ad crimen.ff.de publi.iudi.in.xxiiij.col. ⁊ Moder.in.d.l.si mora.ff.solu.matri.dicūt quod ista est communis opi. quod bannitus ex contumacia non dicatur bānitus ex maleficio quia contumacia nō reperitur inter tracta.de publi.vel priuatis delictis. imo ponitur inter ciuiles.d.l.j. si quis ius di. nō obtemp. Large vero ⁊ improprie sumitur pro maleficio. Et in hac materia adde dicta Alberi.de rosa.in questio.statutorum in.iiij.parte questio.xxij.qui vltra omnes examinat istam materiam ibi refert omnia domi. Cy.⁊ vide Bal.in.l.
27 j.ff.de in lit.iurando.qui colligit argumentū ex illa lege.†q̄ condemnatus ex contumacia non dicitur condemnatus ex maleficio: limitat tamen hoc nisi statutum vltra procederet quod cōtumax haberetur pro confessō quia tūc dicitur condemnatꝰ ex ficto maleficio nō ex vero per.l.si tutor.C. de interdic.ma.⁊ dicit quod Dy.tetigit.q.in.l.cum filiꝰ.ff.de verborum obligatio. Adde tamen quod contumacia nō sit delictum bene facit glo.in.c.cum non ab homine.in gl.magna extra de iudi.sed quod imo quod cōtumacia sit delictum allego in terminis glo.in.c.ij.in glo.morte.extra de ma. ⁊ obe. que dicit quod propter delictum contumacie peribit ⁊ propter cōtumaciā quis multatur ⁊ multa pertinet ad fiscum. Ista probantur in.l.reos.⁊.l.multatus.C.de modo multandi. ⁊ cum pena pertinet ad fiscum talis causa dicitur criminalis. glo.est singularis in.l.pretor.ff.de sepul.viola. nec ob. fundamentū Cy.dum dicit quod ideo contumacia non est delictum quia non erat posita inter crimina publica aut priuata quia istud argumētum nihil valet nec concludit. nam gloss.in.l.j.ff.de fideiusſ.tut.⁊ in.l.j.§.si apud.ff.deposi.dixerunt ꝙ dolus est delictum: ⁊ tamen titulus de dolo non est positꝰ inter crimina publica nec priuata. Preterea pro hac parte.allego bonum text.in.j.constitu.ff.in.§.illud verō. ver sicu.ludos exercere.⁊ alia crimina vbi lex appellat ludū delictum ⁊ titulus vt alearum vsus non ponitur inter crimina publica aut priuata.⁊ de ista materia vide dominum Nellū in tractatu bannitorum in secunda parte secundi temporis q̄ō.lx.⁊.q.lx.

28 Statutum disponens quod contumax habeatur pro cōuicto ⁊ confesso: an valeat de iure.
29 Contumax licet ex fictione statutorū habeatur pro confesso tamen requiritur declaratoria.
30 Contumax reus anteꝙ̄ condemnetur an semper debeat fieri declaratoria.
31 Contumacia licet operetur cōfessionem rei ⁊ ꝙ sit conuictꝰ tamen de contumacia debet apparere in actis.
32 Reo sponte confitente: etiam ex inordinato processu: sequi potest condemnatio: secus ex ficta confessione puta per cōtumaciam.
33 Confessio vera delictum vere probat: ficta autem nunquam vere delictum probat.
34 Notarius condemnatus de falso ex confessione vera vel cōuictus: nunquam poterit amplius instrumēta conficere: tamen damnatus propter contumaciam nō perdit instrumentorum confectionem. Et sententia lata contra vere ⁊ sponte confitentem ⁊ cōuictum: facit illum inhabilem quo ad omnes si autem lata ex cōtumacia ⁊ sic ex cōfessione ficta: preiudicat solum quo ad personam ad cuius instantiam fuit damnatus.
35 Declaratoria an sit opus qua iudex pronunciet super contumacia.
36 Contumacia negata pronunciandum est super ea aliter nō est necesse.
37 Confessio ficta quid operetur.
38 Statutū ꝙ quis habeat̄ pro cōfesso intelligit̄ quo ad delictū non quo ad qualitatem persone aggrauantē delictum.
39 Contumax licet habeatur pro confesso tamen quando iudici constaret ipsum nō esse culpabilem debet eum absoluere non condemnare.
40 Sententia lata propter cōtumaciam an magis dicatur lata pro contumacia ꝙ̄ propter delictum.

28 **Ange.** ¶ †Queritur tamē an tale statutū q̄ disponit ꝙ cōtumax habeat̄ pro cōuicto ⁊ cōfesso de iure valeat.[b] Istam questionē format Spec.⁊ ibi Jo.an. de accu.§.sequitur.⁊ ibi tenent ꝙ tale statutū valet et Joā. an.in.c.veritatis.de dolo ⁊ contu. Et in tit.de pace iur.fir.§. iniuria. Facit quod not.in.l.gallus.§.⁊ quid si tantū.ff.de libe.⁊ posthu.⁊ pro hoc allegat gl.ordi.in.l.locorū.C.de omni agro deser.li.xj.vbi dicit ꝙ talis cōtumacia est ficta probatio.facit quod notatur per Bar.in.l.omnes populi.ff. de iusti.⁊ iure.⁊.l.j.C.de asser.tol. ita etiam do. Nellus de sancto Gemi.doc.solennis in suo opere bannitorum in sui princip.
29 †Sed aduertendū est ꝙ licet cōtumax ex fictione statutorū habeat̄ pro cōfesso: tamē requiritur declaratoria: vt est tex. ⁊ ibi Bar.in.l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci. ⁊ est tex.cū gloss.in.c.cum secundum. de hereti.in.vj. et hoc etiam tenet Bald.in.l.transigere.in fi.C.de transactionibus. ⁊ in.l.iubemus.§.economus.C.de sacrosanc.eccle. vbi plene: et in vsu feudorū quibus modis feu.amittatur.c.j.⁊ in.c.j.de feu.sine culpa non amit.⁊ in titu.generali alienatione.an feu.vasal.
30 conti.c.vasallus.† Ex quibus cautela esset ꝙ quando reus esset contumax anteꝙ̄ condemnaretur semper fiat declaratoria quando contumax fuit. Et virtute illius contumacie ipse habetur ex statuto pro confesso delictum ⁊ conuicto de quo contra eum inquiritur: facit quod no.in simili. Ja.but. per illam gloss.in.l.penul.§.cum autem.C.ad trebel. ⁊ quod not.Bar.sm Ja.in.l.hec stipulatio.§.ij.ff.de ope.no.nūtia. Sed licet hoc esset tutius tamē si iudex postea de delicto cōdēnet ⁊ penam imponit limitatā a statuto videtur tacite declarasse super dicta cōtumacia ⁊ quod habitꝰ fuerit pro cōfesso.ad hoc facit quod no.Barto.in.d.l.stipulatio.§.pe.nā procedendo ad condemnationē videtur tacite pronunciasse illū haberi pro cōfesso: sicut dicimus de iudice qui nō obstāte declinatoria fori adulteriora procedit tacite super declinatoria videt̄ pronūciasse.l.ij.§.si dubitetur.ff.de iudi. et maxime si iudex in sententia sua in illa clausula ⁊ quia cōstat ⁊c. facit mentionē de sua contumacia tunc super cōtumacia et ficta cōfessione declarasse videt̄: facit quod dicunt doc.quādo iudex dicit viso libello visa litis cōtesta.⁊c. quia sentētia facit fidē de predictis: vt no.doct.in auſ.si quis in aliquo.C. de eden. Teneasᶜ tñ†q̄ licet dicta sua cōtumacia hoc ope-
31 retur: debet tñ in actis hoc prius apparere anteꝙ̄ deueniatur ad condemnatoriā: nā licet esset citatus ⁊ statutꝰ terminus ad comparendū ⁊ ipse in veritate non comparuit si tamen hoc non apparet ex actis vel quia notarius nondū scripserat vel nūcius nondū fecerat relationē: tūc iudex nunꝙ̄ deueniat ad condemnationem quoniā talis sentētia nō valeret.arg.no.per Barto.in.l.hoc autē.§.j.ex qui.cau. in poſ.
32 ca.⁊.l.multū.ff.de cōdi.⁊ demōstra.† Sis igitur multū cautus tu iudex q̄ ordinate facias processum tuū: nā licet ex tali cōtumacia habeat̄ pro cōfesso ⁊ cōuicto. Magna tamen

a ¶ Mulcte. adde ⁊ vide Paul. de ca.in ɔſi.cxcviij. in.j.impressis.ber.

b ¶ De iurē valeat. Adde Fran. de are. in ɔſi.cxlvij. ⁊ ibi an cōtra talē fictā confessionē possit probari de innocētia rei: ⁊ ibi etiā ꝙ talis contumax videt̄ confiteri delictū cū oibꝰ qualitatibꝰ suis in accusatione vel inqsitiōe deductis allegat Bald.in.l. qui.de his q no. infa.⁊.l.ij.C.de iura.calū. Ang. tñ in ɔſi.cxlvi.et ꝙ videt̄ cōfiteri factū nō qualitatem facti.⁊ vide Pe.de anc.in cōsil.ccccix. vbi q̄ mulier accusata de adulterio si fuit cōtumax nō vr̄ fateri mrimoniū, ⁊ ibi ꝙ habetur ɔtumax pro confesso quo ad penā fisco applicādā nō quo ad penā applicādā parti quo ad eiꝰ interesse. ⁊ adde ꝙ tale statutum valeat. ⁊ vide ce. in ɔſi.xlj.⁊ ibi ꝙ tale statutū non dz intelligi taliter q̄ cōtumax de cuiꝰ innocētia cōstat habere p ɔfesso.⁊ vide ad materiā ban.in cōsi.ccvij.⁊ consi.cxvj.

c ¶ Teneas tñ.ad de ꝙ eādē sniā tenet Frā.de rāpo.in ɔſil.Cald. in ti.de re iu.cōsil.viij. sequutus Bar. in.l.si finita.§.iulianus.ff de dā.infe. Per

est differentia inter verã ⁊ fictam confessionẽ. Nam quando
tu habes reum qui spontanee confitetur tunc etiam ex inor-
dinato processu secure potes condemnare: vt no. Bar. in. l.
si confessus. ff. de custo. reo. ⁊ dicam. j. in gl. quando compa
a rent ⁊ totũ confitẽtur tamen qñ est ficta confessio nunꝙ [a] ex
tali cõfessione ficta poterit damnari nisi processus fuerit ri-
te ⁊ recte formatus ⁊ si fuerit condemnatus: talis sententia
ex inordinato processu ipso iure nõ valet. ita singulariter di-
cit Bal. in addi. ad Spec. titu. de accusa. §. ⁊ no. quod accu-
satio. versiculo ⁊ not. quod vbi libellus ⁊c. facit qđ no. Bal.
in. l. error. in fi. C. de iur. ⁊ facti ignoran. ⁊ quod not. Barto.
33 in. l. absentem. ff. de pe. ¶ † Secũdo principaliter dicta ficta
cõfessio habet alium effectũ nam licet vera probet vere deli-
ctum: vt. d. l. si consensus. ⁊. l. j. ⁊. iij. ff. de cõfessis. ⁊. l. inde ne-
ratius. ff. ad. l. aquil. tamen ficta confessio nunꝙ probat ve-
34 re delictum. † Ex quo sequitur quod si vnus notarius dam-
natus sit de falso ex cõfessione vera vel conuictus qđ nunꝙ
amplius poterit instrumenta conficere: vt in auf. de tabel.
§. fi. ⁊ not. Barto. in. l. eadem. §. primo. ff. ad. l. iuliam repetũ.
⁊ tamen si est damnatus propter contumaciam non perdit
b instrumentorum confectionem [b]. ita nota. dicit Bartol. in. l.
si ideo. in principio. ff. de euict. et Bald. in. l. transigere. circa
medium. C. de transa. magis enim propter contumaciam ⁊
absentiam suam dicitur esse lata sententia quam quod ma-
leficium cõmiserit: vt. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inofficioso
testa. habet ⁊ tertium effectum: nam licet sententia lata con
tra vere ⁊ sponte confitentem ⁊ cõuictum ⁊ declaratoria su
per delicto faciat illum inhabilem ⁊ infamẽ quo ad omnes:
vt. d. l. si confessus. ff. de custo. reorum. ⁊. l. quoniã. de infami.
tamen quando est lata in contumaciam ⁊ sic ex ficta cõfes-
sione: tunc talis sententia non facit fidem nec cõdemnatio
preiudicat nec ipsum inhabilitat nisi quo ad illam personã
c ad cuius instantiam fuit damnatus [c]. ita singulariter dicit
Barto. in. l. eius qui delatorem. in fi. de iure fisci per casum,
in. l. ij. §. fi. ff. eo.

a ¶ Nunꝙ ex ta-
li. Adde et vide
Pe. de anc. cõsi.
ccccix. ⁊ Abb. in
consi. xxiiij.

b ¶ Confectionẽ.
adđ ⁊ vide pau.
de cast. in consil.
cxcviij. ⁊ Bar. in
consi. xj.

c ¶ Fuit dãnat⁹.
Adde ⁊ vide ro.
in ꝯsi. liiij. Bart.
in consi. cvj. inci.
statuto Perusi-
ne ciuitatis. et
Abb. in ꝯsi. lxvj.

**Augusti.** ¶ Tu aũt in hac materia adde inquã-
tum dictum est: an valeat statutũ quod
contumax habeatur pro confesso: quod in terminis videtur
gl. in. l. ij. §. senatus. ff. de iure fisci. que videtur etiam velle ꝙ
cõtumax habeatur pro cõfesso de iure ⁊ bon⁹ tex. in. l. arria-
nus. ff. eo. titu. de iure fisci. ⁊ boni tex. allegantur a Bart. in
d. l. locorum. C. de omni agro deser. ⁊ omnino ibi vide Ang.
Sed in contrariũ multum faciunt ea que notauit Ro. in. l.
lege cornelia. ff. ad silla. qui disputans illum articulũ an per
statutum potest induci quod per fugã inducatur vera pro-
batio dicit quod de iure habemus vnam gl. singularem. iiij.
q. j. in summa que dicit quod propter contumaciã quis non
potest condemnari ad mortem. que glo. Bal. in. l. data ope-
ra. solebat dicere quod alibi non reperiebatur: si ergo cõtu-
macia vera nõ potest facere quod quis condẽnetur ad mor
tem: quomodo ergo ista confessio ficta resultans ex tali con
tumacia operabitur hoc quod quis possit decapitari quan
do statutum dicit in criminalibus ꝙ contumax habea͛ pro
confesso cum non possit plus fictio ꝙ veritas: vt no. in. l. si is
qui pro emptore. ff. de vsucap. non obstant illa iura que sunt
allegata pro illa parte qđ contumax habeatur pro confesso:
quia vt dicit Ange. in. d. l. locorum. hoc non est regulariter:
sed solum est in casib⁹ expressis. Et ideo Ro. in. d. l. lege cor-
nelia. concludebat non tenere statutum in criminalibus qđ
per fugam inducatur vera probatio quia illa fuga quia est
absens inducit contumaciam ⁊ propter contumaciam quis
non potest puniri capitaliter. Idem esset dicendum in casu
nostro quicquid sit cum statuta sint hodie precisa per totã
Italiam credo tale statutũ valere; quia statuta sunt ius ci-
uile. l. oẽs populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ ideo casu isto erit casus
expressus hoc in iure ciuili postꝙ statutum hoc expresse di-
cit ⁊ sic militabit doctrina Ang. in. d. l. locorũ. ad illam glos.
singularẽ. iiij. q. j. in summa respõde: vt pulchre dicit Imol.
in. c. ij. extra de maioritate ⁊ obedien. qui late examinat ma-
teriã illius gl. in illo articulo cũ dicitur qui non obedit prin-
35 cipi morte moriatur. † Et aduerte inquãtum supra tactũ est
an opus sit declaratoria quod iudex pronunciet super cõtu-
macia qđ Ant. de but. in. c. cũ dilecti. extra de dolo ⁊ contu.
in. vij. colum. ibi vltimo aduerte ibi ponderabat esse tex. bo-
num ad hoc dicens quod aduertẽdum est ad illam literam
que dicit ꝙ papa illum ibi reputauit contumacẽ ex qua ha-
bes cautum esse iudicẽ quando procedit contra aliquem vt
contumacẽ vt ante omnia eum reputet contumacem vel ali
quid interloquatur per ꝙ ostendat eũ esse contumacẽ vt sic
ostẽdat sibi de contumacia liquere: nam nõ sufficit eum cõ-
tumacẽ esse nisi sibi liqueat de contumacia allegat. l. hec au-
tem ibi cõstare liquerit. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. ⁊ dicit
vide Bartol. in. l. iiij. §. pretor. ff. de dam. infec. ⁊ idem voluit
Anto. de but. in. c. cum dilecti. extra de electio. vel de dolo ⁊
cõtu. Et adde omnino Bal. in. l. j. C. ne ex delictis defuncto-
rum. in. iiij. col. qui faciens mentionem de doctrina Barto.
in. d. l. eius qui delatorem. Primo arguit pro opi. Bar. post-
ea in contrarium arguit ⁊ pro opinione Bart. dicit quod si
per legem vel statutũ aliquis habetur pro cõfesso intellige ⁊
intelligi debet si iudici videbitur. Et ideo iudex debet inter-
loqui ⁊ pro hoc allegat. l. generaliter. §. j. C. de reb⁹ credi. sed
dicit quod in contrariũ facit. l. penulti. C. ad trebel. vbi satis
est ꝙ ex actis apparet quia quod certũ est nõ indiget decla-
ratione. l. quoties. ff. de probatio. §. fina. ⁊ quod not. in. l. j. in
fi. ff. de do. prelega. sed ipse Bal. saluat dictum Barto. limi-
36 tando: quã limitationẽ semper no. quia dicit † si negatur cõ
tumacia est pronunciandum, alias non est necesse ex quo li-
quet ex actis quia si negatur ista est questio emergens ⁊ iõ
pronũciandum. ¶ Itẽ quod non requiratur illa interlocu-
toria videtur etiam Bal. tenere contrarium in. c. j. de feu. si-
ne culpa non amit. q: in istis huiusmodi quasi notorijs non
requiritur alia declaratio per ea que habentur in. c. perue-
nit. extra de appellatio. ⁊ in. c. vestra. extra de cohabitatio-
37 ne clericorum ⁊ mulierum. ¶ † Item inquantum dominus
Angel. hic circa effectum secundum dicte confessionis ficte
quid operetur talis confessio ficta exemplificat quod aliud
est quod de delicto constet per veram confessionem: aliud
propter fictam confessionem: quia si notarius propter con-
tumaciã banniatur poterit cõfiteri alia instrumẽta. ¶ Ad-
de Bal. in. l. in exercendis. C. de fide instrumento. in. iiij. col.
qui videtur tenere contra Barto. sed melius ⁊ expressius te
net contra Bartol. Bald. in additionibus Specu. in tit. de
instrumen. edi. in. vij. col. ⁊ contra doctrinam domi. Angel.
hic vide pulchra verba que posuit Ang. in. l. si is qui. §. si tu
titiam. ff. de furt. vbi ponit exemplum quod licet per statutũ
bannitus habeatur pro confesso: tamen propter talem cõtu
maciam debet vere constare de delicto: ac si per veram con
fessionem vel ac si per testes veros cõstaret de delicto ibi vi-
de. Et vide Pau. de castr. in consil. suo. cxcvij. qui ponit late
multa allegando: an isti tales banniti per contumaciã sint
infames ⁊ quando ⁊ allegat bona iura tex. ⁊ gloss. ⁊ Bart.
vide tamen quod consuluit Pe. de anchara. in consilio suo
38 ccccix. qui dicit † ꝙ statutũ quod quis habeatur pro confes-
so non debet intelligi cum est actum cum accusatore illegiti
mo ita tale statutum intelligitur quo ad delictum non quo
ad qualitatem persone aggrauantis delictum ⁊ ideo ibi cõ
suluit quod maritus qui verberauit acriter vxorem Bono-
nie ⁊ ipsa aufugit Ferrariam ⁊ postea ipse accusauit eã de
furto ⁊ adulterio ad hoc vt lucretur dotem ⁊ per contuma-
ciam ipsa condẽnetur vigore statuti ꝙ cõtumax habeatur
pro confesso qđ propter hoc iste nõ lucratur dotem licet sta-
tutum dicat quod habeatur pro confesso cõtumax. ⁊ idem
dixit Ange. in consi. suo. cxliiij. incipiente super primo dicto
ꝙ licet contumax habeatur pro confitente factum non aũt
qualitatem facti. ¶ Adde consilium Barto. xcvj. incipien-
39 te domino Cyno de Bononia qui ponit † quod licet contu-
max haberi debeat pro confesso: tamen quando iudici con-
staret ipsum non esse culpabilem quod debeat absoluere, nõ
condemnare ⁊ vide in consilio suo. cij. qui ponit stante statu
to predicto an iudex possit recipere informationes quo ad
absolu. aut condemnatio. ⁊ quid si terminus statuti in quo
comparere debebat est elapsus an iudex hoc possit et quas
exceptiones potest ipse bannitus opponere elapso termino
40 statuti. † An autem sententia lata propter contumaciam
magis dicatur lata per contumaciam quam propter deli-
ctum. adde Bart. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi-
cioso testamen. et quod habetur in. l. qui repudiantis. eod.
titu. ⁊ quod not. Bald. Ange. ⁊ Imo. in. l. inter stipulantẽ.
§. j. ff. de verborum obligatio. Bart. in. l. prima. in fin. si quis
ius di. non obtem. Bartol. in. l. vinum. ff. si certum petatur.
Bald. in. l. j. C. de confes. ⁊ Bald. in. l. fina. C. de procura. fa-
ciunt etiam not. in. l. absentem. ff. de pe. cum simi. ⁊ Bart. in
l. omne. §. j. ff. de re mili.

41 Inquisitio regulariter non fit contra mortuũ, ⁊ si pendente
iudicio reus moriatur tollitur omne delictum contra eum.
42 Delicta que nõ sunt publica nõ extinguunt͛ morte si lis fuit
contestata contra defunctum vel habita pro contestata.
43 Cadauer rei mortui pendente iudicio an debet suspendi vel
circa illud aliquid aliud fieri.
44 Reo mortuo post appellationẽ: qd erit an hr̃s appellaret.

Contumax

45 Contumax si habeatur pro cōfesso & conuicto ex forma statuti, & moriatur ante cōdemnationem an pena transeat ad heredes.
46 Inquiri in quib⁹ casibus possit in crimine lese maiesta. reo mortuo. & illius memoria damnari.
47 Mortuo reo ante sentētiam: iudicium criminale finitur regulariter & memoria hominis non damnatur: limita nisi heres vellet sentētiam ferri pro purganda infamia defuncti.
48 Cadauer rei an furca suspendi possit.
49 Reo mortuo post appellationem an talis sententia afficiat heredes.
50 Statuto dicente ꝙ quis habeatur pro confesso, & quis moritur ante condemnationem: an pena transeat ad heredes.

41 **Ange.** ¶ †Et predicta procedunt quando procedit contra viuū. si aūt iam esset mortuus reus vel pendēte iudicio moreretur tunc mors tollit omne delictum & contra eum regulariter inquiri non potest & inquisitio formata debet circūduci: nisi in casibus qui habētur in. l. ex iudiciorum. & ibi glo. & Bar. ff. de accu. ¶ Item quoties non principaliter pena est corporis afflictiua: sed principaliter causa & questio erat super bonis q̄m tunc quamuis reus sit mortuus tñ adhuc questio durat super bonis: vt. l. fi. C. si re⁹ vel accu. mor. fue. & C. si pen. app. mors interueniat. l. iij. alia delicta publica etiā lit. contest. non transeūt ad heredē: imo
42 morte extinguuntur: vt. d. l. ex iudiciorum. ¶ †Alia aūt delicta que non sunt publica non extinguūtur morte si lis fuit contesta. contra defunctum vel habita pro conte. l. j. & ibi gl. & per Bal. ibi. C. ne ex delictis defun. vel si aliquid ad heredē peruenit: vt. l. j. & ibi Bar. ff. de priua. delic. facit qd̄ no. gl. in. §. per contrarium. insti. de heredi. que abintest. dese. & nota bene quod in crimine lese maiestatis & similium que non expirant morte & in quibus etiam procedi potest post mortē ꝙ sententia & sic etiam inquisitio non debet esse cōtra illum mortuum nec eum condemnari cum sit mortuus sed cōtra
a eius memoriam inquiri vel eius memoriā dānari[a] vel pronūciari & declarari eum contra principem vel rempublicam fecisse & per hoc eius bona in fiscum inferri: nam propter hoc memoria eius damnatur & infamia quadam defunct⁹ afficitur: ita dicit singulariter glo. in. d. §. per contrarium. quod singulariter nota in modo practicādi & semel in ciuitate vulterarum habui de facto: de quo etiā vide que dixi supra eo. in gl. che hai tradito la tua patria: in versi. & bene aduertas
43 quod tale crimen. † An autem cōtra cadauer sit aliquid faciendum: vt quod suspendatur vel vt quid aliud fiat. Ang. in. l. j. ff. de publi. iudi. & ibi Imo. & Bal. in. l. j. C. ex delic. defuncto. dicit ꝙ non allegat etiam Cy. in. l. ij. C. qui testamenta facere pos. vbi videtur hoc etiam tenere. & sic dicit Ang. caueat autem Iudex quando delinquens moritur processu pendente quod eius cadauer non suspendatur, alias tenet in syndicatu: vt. l. j. §. quoties. ff. de iniu. dicit tamē ibi Imo. quod aliquando contrariū seruatur in famosis malefactoribus: et hoc in odium eorum videtur posse tolerari: vt in. c. mulier. xv. q. j. dic vt ibi per Imol. vbi etiam allegat quod habetur in. c. inter monasterium. §. j. de statu monachorum.
44 ¶ †Quid si reus decessit post appellationē quid erit. Barto. in. d. l. ex iudiciorū. dicit quod si decedat intra decē dies qui dantur ad appellandum quod heres eius debet appellare, alias cum lis sit contesta. & defunctus damnatus talis sententia afficeret heredes nisi appellarent: sed de ista. q. latius dicit Bald. & Imo. in. l. qui a latronibus. §. j. ff. de testamen. & Bal. in. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniusto rupto testamen. vbi concludunt: vt dicam. j. in glo. super verbo, presente Titio & appellante &c. vide etiam Imol. qui similiter te-
45 net gloss. in. l. defuncto. ff. de publicis iudicijs. ¶ †Quid si habeatur pro confesso & conuicto cōtumax ex forma statuti & moritur ante cōdemnationem: an pena transeat ad heredes videtur quod non: quia requiritur litis contestatio. et sententia ad hoc vt contra heredem transeat: vt dicta. l. ex iudiciorum. & ita tenet Dyn. Bartol. tamen ibi determinat contrarium: sed de hoc dicit latius Bal. & Imol. in dicta. l. qui a latronibus. §. j. & in dicto. §. eius. vbi Bald. nititur concordare opinio. quia dicit opinionem Barto. veram si post interlocūtoriam banni secuta sit diffinitiua, alias procedit opinio Dy. facit. l. i. cum glos. C. de modo multandi. & istud mihi placet. licet Imol. videatur dicere quod indistincte sit vera opinio Dyn. etiam si secuta sit diffinitiua quoniam illa consueuit ferri conditionaliter: quia damnari consueuit ad mortem si veniret in fortiam communis &c. Et licet pena videatur capitalis: & in consequentiam tenere tacitam bonorum publicationem. iuxta nota. in. l. deportatorum. C. de penis. cum similibus. tamen ex quo est conditionalis suspēditur eius effectus in conditionis euētum: vt. l. j. §. biduum. ff. quando appellādum sit. & sic interim non habet effectum contra damnatum in ipsa pena capitali: nec cōsequenter in bonorum publicatione: ergo consequenter: nec contra heredem si interim moriatur. argumen. dicte. l. qui a latronibus. §. primo. Et hoc dicit procedere multomagis hodie: vbi bona damnatorum in consequentiam non publicantur: vt in auf. bona damnatorum. C. de bonis damnatorum. sed etiā non obstante opinione Imol. ego tenerem concordiā Bal. nec ob. quod dicit Imo. quoniam sententia lata contra cōtumacem & absentē fertur pure & simpliciter sine aliqua cōditione: licet eius executio differatur in conditionis euentum, videlicet quod dicitur: & quia cōstat nobis commisisse per veram & legitimam confessionem habitam ex sua contumacia secūdum formam statutorum &c. Idcirco ipsum Titium in amputatione capitis condēnamus & eius bona publicamus: verum si quo tempore venerit in fortiam communis quod ducatur & duci debeat vsq₃ ad locum iustitie & ibi decapitetur &c. & sic bonus iudex debet formare verba sententie hoc modo et sic formando necessario sequitur quod sententia est pure lata non sub conditione. Ideo habet et statim sortitur effectum: & sic erit vera opinio Bart. & Bal. et ita practicatur: & hunc modum pronunciandi sentit glo. in auf. de leno. §. si quis autem. in verbo, expellatur. quam gloss. allegat Iaco. de belui. in auf. de pace tenenda. in principio. et dicam. j. in gloss. super verbo, caput a spatulis amputetur &c.

**Augusti.** ¶ Tu autem in hac materia inquantū supradictum est quod mortuo delinquēte non potest amplius formari inquisitio vel accusatio contra mortuum: nisi in certis casib⁹ expressis &c. adde hic que dicta sunt supra in glo. Che hai tradito la tua patria: in verbo, et bene aduertas. vbi de iure canonico aliqua allegaui in materia ad intellectum text. glo. & Barto. in dicta. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. & vide glo. magistram. de iure canonico. xxiiij. q. ij. in summa que ponit regulam & fallentias quid de iure ciuili & quid de iure canonico & ibi vide multos text. allegatos de iure canonico ab illa gloss. quos non allego breuitatis causa: quia parum esset mihi hoc transcribere. Sed in materia tene menti vnum singulare verbū quod posuit Angel. in consilio suo. ccxxj. incipiente in Dei nomine et sue Matris virginis gloriose: pro decisione consulta-

a ¶ Memoriam dānari. adde circa hoc. et vide q̄ ponit Cep. in cō si. xvij. & vid̄ bal. ponentē practicam in cōsi. lx. in ij. volu. Ber.

46 tionis predicte qui dicit † quod licet in crimine lese maiestatis post mortem delinquentis potest queri de delicto talis & memoria eius damnari: tamen hoc habet locum solum in duobus casibus. Primus quando contra personam Imperatoris hoc fieret. Secundus quando contra rempubli. Romanorum committeretur tale delictum: casum allegat in terminis in. l. iij. ff. ad. l. iul. maiestatis. In omnibus autē alijs capitulis criminis lese maiestatis hoc non est q₃ cessat processus damnandi memoriam hominis. pro hac opinio. Ange. etiam est gloss. in dicta. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. Et ideo consuluit Ange. quod cum in ciuitate Lucana quidam ciuis contra illam rempubli. commisisset crimen lese maiestatis quod cum illa non sit respu. Romanorum nō tenuit illa sententia lata contra illum ciuem mortuum nec confiscatio bonorum: dicit tamen quod bene valeret statutum factum per illam ciuitatem Lucanam si expresse diceretur in statuto quod post mortem delinquentis posset procedi & contra mortuum delinquentem & cōtra bona sua. Dubito de ista decisione Ange. quia hodie quilibet princeps & quelibet respub. volunt habere prerogatiuas Cesaris & reipubli. Romanorum. iuxta ea que dixit Bar. in. l. infamem. ff. de publicis iudic. cum similibus. et que sit ratio viua quare post mortem delinquentis nō potest queri de delicto. Vide omnino pulchra verba Angel. in. l. j. C. ne ex delictis defun. in prin. adde que dicta sunt supra in glo. Che hai tradito la tua patria. in glo. in verbo, & bene aduertas. & q̄n damnatur memoria. vide Bart. in. l. qui a latronib⁹. §. fi. ff. de testa. & vide gl. xxiij. dist. c. quorūdam. & in. c. officij. extra de pe-
47 ni. & remis. ¶ †Et inquantū supra tactū est quod post mortem rei delinquētis ante sententiā iudicium criminale regulariter finitur & memoria hominis dānari non potest. Limita hoc nō procedere si heres vellet qd̄ pro purgāda infamia defuncti ꝙ sentētia ferreretur: q₃ pro suo interesse potest instare: vt sentētia feratur post mortē. ita dicit Bal. in. l. j. in. ij. col. C. ne ex delictis defun. casum allegat singularem secundū ipsum qui alibi in iure non reperitur in. l. filie. §. femina.
48 ff. de adimē. leg. ¶ †Item inquātum supradictū est an ca-

dauer mortuũ possit furca suspendi. adde qđ Ang. in. l. fi. C. si pendente appella. mortuus fuerit. multum exclamat contra assessores qui cadauera mortuorum delinquentia que obierũt ante sententiam faciunt suspendere vel igne comburi. ⁊ idem dixit Ange. in. d. l. ij. C. qui testamen. facere pos. licet ibi dicat quod aliquando viderit contrarium obseruari ⁊ male: quia est contra text. in. d. l. fina. C. si pendente apella. mors interue. vbi dicitur quod crimē est extinctum per mortem quod nulla pena debetur si nullũ est crimen: ideo rationes Bal. quas adduxit in. d. l. j. C. ne ex delictis defun. multum vrgen. pro hac parte quibus male potest responderi: licet Bal. in. l. ij. C. qui test. facere possunt. dicat quod hoc est arbitrariũ: ⁊ in arbitrio iudicis per clemen. j. in verbo, penitentie. de peni. ⁊ Fulg. in. d. l. ij. refert ibi dictum Bal. ⁊ eum reprehendit quod nihil inuenit ad propositum in dicta cle. j. sed aduerte quia mihi placet opinio Imo. quam posuit in d. l. defuncto. scilicet quod in famosis latronibus in malefactoribus hoc non procederet quia in odium ipsorum cadauera possunt suspendi vel igne comburi. ⁊ istam partem tenet Roma. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. in. xlvj. fallentia. ⁊ Roma. in. d. l. ij. C. qui testa. facere possunt. qui dicit ibi opinio Bald. hic potest procedere in famoso latrone per id quod no. glo. sing. in. l. ij. ff. arbo. fur. ces. dum dixit latrones mortuos bestijs subijci, ⁊ ibi allegat multa que fuerunt allegata ab Imo. in. d. l. defuncto. sed cõtra Bal. Imo. ⁊ Ro. arguo sic: si taxatũ est lege, qui sunt illi casus in quibus post mortem quis potest iniuriari calumniari ⁊ damnari: vt in. l. ex iudiciorũ. ff. de accu. ⁊ lex noluit vltra procedere quomodo volumus nos vltra procedere cõtra. l. scriptam: iudex ergo tenebitur in syndicatu: vt dicit Ange. in. d. l. defuncto: ⁊ maxime quia ibi in. d. l. ex iudiciorum. ⁊ in gl. enumerãtur illi casus atrocissimi odio quorum lex voluit ꝙ post mortem damnetur memoria hominis: vnde ibi lex habeat consyderationem etiã de casibus atrocissimis: ⁊ sicut lex habuit cõsyderationem de crimine lese maiestatis heresi ⁊ repetũdarum ita dixisset de famosis latronibus ⁊ similibꝰ: nisi respõdeamus ꝙ lex etiam quãdoqꝫ comprehẽdit alios casus ibi non enumeratos. ⁊ probo per illummet tex. in. l. ex iudiciorum: nam ibi dicit ꝙ mortuo delinquente iudicium expirat sed fallit ibi in duobus casibus enumeratis in tex. scilicet in crimine lese maie. ⁊ repetũdarum: tamen ibi glo. vltra illos duos casus enumeratos in text. addidit alios quinqꝫ ⁊ sic nõ est absonũ vltra alios quinqꝫ casus enumeratos ꝑ gl. si doc. addunt alios extendendo per bonas rationes. ⁊ maxime quia ex causa licitum est leges trãsgredi ⁊ statuta iuxta regulam vulgarem Innocen. in. c. j. de constitu. et per not. in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de ijs qui no. infa. et de materia per Angel. in. l. qui a latronibus. §. j. ff. de testa. ⁊ adde dominum Cataldi. in tractatu syndicatus. q. cxlvj. qui dicit quod est arbitrio iudicis an corpus mortuum velit facere su
49 spendere quia illud est corpus pene. ¶ † Item inquantum supra tactum est quando reus decessit post appellationem quid erit an talis sententia afficiat heredes. Tu de hac materia adde omnino que singulariter dixit Bal. in. l. j. C. ne ex delic. defun. in. iiij. col. vbi not. loquitur ⁊ ibi facit mentionē quomodo Bart. fuit in hac materia contra sententiã Dy. ⁊ omnino Bald. in. l. iij. C. si penden. appella. mors interue. ⁊ ibi in. l. prima. in fin. C. si reus vel accusa. mortu. fue. qui videtur velle quod opin. gloss. ⁊ Barto. sit communis. Et illa gloss. in dicta. l. ex iudiciorum. que allegatur in ista materia Ange. in. l. ⁊ post. ff. de transac. dixit illam gloss. singularem ⁊ non esse alibi. ⁊ idem magnifecit illam glos. Bal. in. l. furti. ff. de his qui not. infa. in. ij. colum. ⁊ ibi limitat illam gloss. et vide Barto. in. l. si qua pena. ff. de verborum significatione. ⁊ Albe. de rosa. in quarta parte statutorum, questio. xxv. et vide per dominum Ange, j. in vltima glos. in vltima colum.
50 ¶ † Inquantum vltimo loco tangit domi. Angel. hic si ex forma statuti quis habetur pro confesso ⁊ quis moritur ante condemnationem an pena transeat ad heredes. adde qđ Bald. multum no, loquitur in. l. j. C. ne ex delictis defunctorum, in, iij. colum. ⁊ aliquid per Bal. in auf. bona damnatorum, C, de bonis damnato. ⁊ faciũt not. per Bal. in. l. j. C. de condi. inser. ¶ Item vide Alberi. de rosa. in. iiij. parte statutorum. q. xxv. ⁊ omnino vide in vlti. gloss. in vlti. versic. in vlti. additione mea.
51 Statuto cauetur quod non comparens ponatur in banno de quo non extrahatur donec soluat condemnationē mille quidam sic fuit in bãno positus, ⁊ non vult soluere mille: an fiscus potent facere executionē in bonis istius vsqꝫ ad summam mille.

a ¶ Et minuere. Adde tu ⁊ vide de hoc per Pet. de anch. in cõsil. cclxxiij. Ber.

b ¶ Et non alius. Adde vt ꝑ Cep. ꝯsi. xxj. ⁊ pau. de ca. in cõsi. xxxiij. in primo impressis.

52 Statuto stante: vt. s̃. si bannitus moriatur in banno: an habebit bannum executionem contra heredes banniti.
53 Iudex posuit Titium in bãno centum librarum qꝛ Seium vulnerauit: an iudex compellatur illas libras exigere.
54 Bannitus fuit quidam tali bãno quod transiuit in rem iudicatam: puta quia reus nunꝙ̃ comparuit: quis potest petere ꝙ talis bannitus eximatur a banno.

51 **Ange.** ¶ † Quid si statuto cauetur ꝙ non cõparēs ponat̃ in bãno de quo nõ extrahat̃ donec soluat condēnationem mille: modo quidã est positus in bãno ⁊ nõ vult soluere mille an fiscus poterit facere executionem in bonis istiꝰ, ⁊ accipere bona vsqꝫ ad mille. Bald. in. d. auf. bona. arguit primo ꝙ sic qꝛ cum sit sentẽtia lata ergo meret̃ executionē, ⁊ mittetur executioni per iudicē maleficiorũ qui eã tulit: vt. l. si quis inter. C. de bonis proscrip. alias si executionē non meretur frustra esset lata. facit quod no. Dy. in. l. post contractũ. ibi Bar. ff. de dona. vbi dicũt ꝙ bona dãnati sunt obligata pro condēnatione soluēda. facit glo. in. l. rescriptũ. ff. de pac. in prin. In contrariũ allegat Bald. qꝛ iste videt̃ debitor alternatiuus ideo electio est sua: vt. l. plerũqꝫ. in fi. ff. de iure dot. facit quod no. Bal. in. l. quicũqꝫ. ⁊ ibi no. Bart. C. de ser. fugi. Preterea donec paret bãno stando absens aliter in pecunia satisfacere cõpelli non põt: vt. l. si pecu
52 niã. ff. de cõdi. ob cau. Ex quo infert Bal. † ꝙ si iste moriret̃ in bãno ꝙ tale bannũ executionē non haberet cõtra eius heredem: de quo tamē etiã latius. s̃. dixi: nã quilibet bannitus non cogitur ad satisfactionē penarum: vt. l. sed si vnius. §. si ante iudicē. ff. de iniur. Preterea si fieret talis executio bãnitus cõsequeretur premium qꝛ per solutionē rebanniret̃: sed hoc nõ debet fieri cum statutũ sit in eius odium factum. igitur ⁊c. vt. d. l. si quis inter. ¶ Itē si ita esset nõ lueret bannitus aliquã penam in corpore vel in bonis qꝛ ipse non dedit: sed si esset in bãno habet penã corporalem ⁊c. istud dicit qđ practicatur qđ nota: maxime in ciuitate Bononie vbi multi banniũtur in certa quãtitate pecunie vbi se absentant: an in eorꝫ bonis possit fieri executio, alias ego audiui doctissimos aduocatos practicasse istã vltimam partē quia fiscus nõ potest accipere ista mille inuito ipso bannito ⁊ allegabant ipsi istam rationē: qꝛ maior est pena corporalis minima ꝙ̃ alia maxima pecuniaria. l. in seruorũ. ff. de pe. cũ simi. Si sit ergo tale statutũ inquantum vult ꝙ bãniti rebanniant̃ soluendo mille hoc tēdit in beneficiũ ipsius banniti beneficiũ ergo nõ debet cõferri in inuitum in regula, beneficiũ. de reg. iur. nec crederē isto casu etiam si magis expediret ipsi bãnito stare in bannum ꝙ̃ soluere ista mille ꝙ in odiũ suum fiscus posset isto casu exigere illa mille ipso inuito qꝛ cum statutũ alternatiue quodãmodo dederit sibi hoc beneficiũ non põt ampliꝰ auferri ipso inuito per ea que not. doct. in. l. oēs populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ per. c. j. extra de cõsti. ⁊ imputetur cõdentibus
53 statuta ꝙ nõ fecerunt statutũ clarius. ¶ † Aduertas tamē fm Ia. bu. in. l. j. C. cõmi. vel epi. iudex posuit Titiũ ex vulnere in Seium illato in bãno centum librarũ an iudex cõpellatur illas exigere: ⁊ dicit ꝙ nõ nisi secuta sentẽtia condēnatoria qꝛ tale bannũ est quedam cõminatio dicte pene ergo nõ
a habet vim snie: vt. d. l. j. ⁊ iõ iudex posset ex causa ⁊ minuere[a] ⁊ augere dictã penã cõminatam: vt. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. presi. ⁊ hoc sequit̃ Sali. in. d. l. j. nisi aliter a statuto esset prui
54 sum. ¶ † Quero aliquis est bãnitus tali banno ꝙ transit in rē iudicatam vꝫ qꝛ reus nunꝙ̃ cõparuit quis põt petere ꝙ talis bannitꝰ eximat̃ a bãno. rñdet Bal. in rub. C. de iu. fisci. li. x. ver. ecõtra quis poterit petere ⁊c. ꝙ cognatꝰ vel affinis
b bãniti ⁊ non alius[b]. ff. de pe. l. in metallum dãnati. nec obstat l. non tantũ. ff. de app. qꝛ aut bannũ vel snia transit in rē iudicatam ⁊ sumus in executione: ⁊ locũ habet. d. l. in metallũ, aut nondũ meruit executionē: ⁊ quilibet põt impedire ne trãseat: vt. d. l. non tantũ. cum distinctione tñ aut ante sentētiam aut post vt ibi, ego aũt intelligo dictũ Bald. qñ voluit petere bannitũ eximi de bãno per viã iustitie: vt puta qꝛ non fuit rite bãnitus. Si aũt volunt venire ꝙ non põt banniri qꝛ aliũ bannitũ interfecit: ⁊ sic reipub. interest ⁊ etiã suum non fuit delictum ex forma statuti: tunc dico quilibet de populo etiam nõ habens aliquod mandatũ a bannito potest illud petere: vt eleganter no. Bar. in. l. vbi pactum. C. de transac.

**Augusti.** ¶ Tu aũt in hac materia adde ꝙ vera vr̃ indistincte esse illa ꝯclusio ꝙ quilibet põt cõparere ad defendendũ illũ q iniuste fuit bannitꝰ maxime ꝑ regulã traditã ꝑ Bar. in. l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iudi. in. iiij. col. ibi sed primo quero, pone quod in casu qui dicit quod vbi absens potest damnari ibi quilibet admittatur ad defensam: imo si nemo esset qui compareret pro eo debet

querere

2 Iudex debet esse cautus vt in fideiussione recipiēda,ita late eam concipiat vt etiam casum comprehēdat si reus appellaret & per iudicem appellationis esset iudicatum.

3 Fideiussor apud primum iudicem acceptus quando teneatur & quando non lata sentētia per iudicem appellationis.

2 **Ange.** ¶ †Et sis bene cautus tu iudex vt dictā fideiussionem capias late, vt comprehendat etiam quod in casu quo reus appellaret, & per iudicem appellationis fuerit iudicatum quod etiam fideiussor teneatur:& sic dicas quod Titius promisit stare parere pati & soluere oēm condemnationem de eo:& ex dicto processu in omnem causam quotiescunque, qualitercunque, & quandocunque, et per quēcunque fuerit iudicatū.ar.l.cum postea.& ibi glo.in simili.ff.de arbi. vel dicat si per dictū iudicem fuerit iudicatum vel per aliū qui loco sui successerit vel etiam per iudicem appellationis: alias autē nisi ista verba in dicta fideiussione apponātur statim cum appellatum fuisset fideiussor esset liberatus:vt.l.cum apud.& ibi per Bar.ff.de iudic.

**August.** ¶ Tu aūt in hac materia adde moder. late ponentes istam difficultatem in.d.l. cum apud.ff.iudi.sol.& vide glo.in.l.ij.ff.de questio.in quadam notabili solutione videtur ampliare.d.l.cum apud.vt illa lex habeat locum etiam quādo nomen iudicis propriū non fuisset in satisdatione expressum:& sequūtur Cy.& Ja. de rauen.ibi allegantes.l.iij.in princ.ff.iudic.sol.& idem voluit Bart.in.d.l.ij. Et plenius Bart.in.d.l.cum apud.& ibi Ang.& Bal.in.l.reos.§.cautionem.in prin.C.de app.licet Marti.filli.contrariū tenuerit & non bene:vt dixit Jac.bu. in.d.l.ij.qui tandem per suam disputationem conatur opi. concordare:& cum eo transit Sali.in.d.l.ij.licet in effectu eorum verba non videantur discrepare a verbis Bar.in.d.l. cum apud. Adde tamen quod notanter dixit Bar.in.l.iulialianus.ff.qui satisd.cog.in.vj.col.qui dicit quod etiam si iuramentum interuenisset procedit dispositio.d.l.cum apud.allegat glo.not.iij.q.iiij.c.quod bene. & ibi in effectu ipse conclu-

3 dit† quod si iudex appellationibus simpliciter firmat primam sententiam,cum tunc ex prima sentētia detur actio: tunc fideiussores tenentur etiam in causa appellationis: secus si iudex aliquid adderet vel detraheret sententie : quia tunc ageret ex secunda sententia,tunc fideiussores dati in prima non tenentur in ista secunda: & dicit hoc vtilissimū esse scire propter causas criminales quando reus appellat an fideiussores dati teneantur etiam in causa appellationis.

4 Iudex tenetur fisco etiam si principalis non est soluendo: ideo bene debet aduertere in recipienda fideiussione cuius diuersimode concepte diuersi sunt effectus.

5 In fideiussione an sufficiat quod dicatur,pro quo fideiussit &c. absque hoc quod dicatur,& renunciauit &c.

6 Fideiussor de sistendo quandocunque curie placuerit, an teneatur sistere reum etiam lata sententia.

4 **Ange.** ¶ †Debes etiam animaduertere qualiter istam fideiussionem tu accipis & etiā si principalis non esset soluēdo tu iudex teneris fisco in syndicatu: quoniam si acciperes de iudicio sisti, clarū est quod expiraret aduenieēte sentētia q̄ apprehēderet reum : vt.l.grece.§.post

a litem.ff.de fideiuss. Idē si fideiussor de representando[a] quoniam statim lata sentētia que reum apprehēdat liberatus est:vt no.Bar.in.l.si quis reum.ff.de cust.reo. Idem si esset fideiussor qui promisit stare parere & obedire mandatis curie & dicti iudicis,quia talis fideiussor liberatur per sententiam:vt no.Bal.in addi.Spec.in titu.de reo.in prin. versi. sed quid si facit &c. facit quod not.Dy.in.l.continuus.§.cum quis.ff.de verb.oblig. debet ergo addi promisit stare parere mandatis dicti iudicis & soluere & pati omnem condēna

b tionem[b] et penam quā de eo dictus iudex vel alius vel etiā iudex appellationis pro dicto maleficio faceret pro quo &c.

5 Seius fideiussit &c.†Et bene nota quod satis est quod dicatur pro quo Seius fideiussit &c.nam eoipso quod dicit fideiussit licet non dicatur, & renūciauit &c. se obligauit nec etiā alias clausulas apponat: & licet esset pena furti tamen fideiussor tenetur:vt dicit glo.in.l.inter stipulantem.in princip.& in.l. cum filius.in princ.ff.de verb.oblig.& Bart.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.in prin.

**August.** ¶ Tu autē in hac materia adde primo que dixit Catal.in tracta.syndic.q.ccxlj. quod iudex maleficiorū qui recipit fideiussores minus idoneos ipse de suo postea tenetur per.l.quoties.ff.qui satisda.cog. Et adde ea que dixit Ange.in.l.ij.§.in fideiussorem.qui satisda.cog. qui dicit quod ille text.in dicta.l.grece.§.post litem. est singularis & non est alibi in iure : qui etiam dicit quod si actor differt prosequi litem tanto tēpore quanto potest durare instātia:& sic fit perempta instantia quod liberator fideiussor iste de representan. nisi obligauerit se in scriptis et pro republica:per.l.pe.C.de fideiuss.& ibi vides quid in cau-

6 sa appellationis, & quid si fideiussor est tēporalis. ¶ †Itē adde quod Bart. in dicta.l.si quis reum.imo expresse vult quod fideiussor aliquem quandocūque curie placuerit etiam tenetur sistere reum post latam sentētiam:licet Bal.in.l.eum pro quo.ff.de in ius voc.non ausus sit decidere : sed remittit se ad no.per Dy.in.d.l.continuus.§.cum quis.ff.de ver. oblig. Adde tamen quod Bal.in.l.qui crimen.C.qui accu. in.iij.colū.vbi latissime disputat & ponit materiam istam de fideiussore qui promisit de representando aliquem : tamen in indiuiduo istius questionis faciens mentionē de doctrina Bar.in.d.l.si quis reum.dicit quod Bar. ibi pessime est locutus & quod Dy.videtur tenere contrarium in.d.l.cōtinuus. dicit quod sua opinio est verior q̄ sit illa Bart.quod verba generalia debent restringi ad id quod iniustum est.l.si cui.ff. de seruitu. Adde Ang.tamen in.d.l.si quis reum.videtur sequi sententiam Barto. Adde quod Roma.in.l.si finita.in princ.ff.de dam.infec.facit mentionem de hac altercatione inter Barto.& Bal.& ibi nihil decidit : & ibi vide Roma.& mod.& ea que latissime scripsi post ipsos in additio. meis, an fideiussor de representando bis sit liberatus : et faciunt no.per Rom. in consi.suo.xiij.vbi concludit quod bis presentando quis est liberatus : & ista est materia profunda et latissime scripsi in.d.l.si finita.

a ¶ De representando. Adde tu an promittēs reū presentare intra octo dies dicatur in mora lapsis octo diebus si nō est sibi preceptū per curiā & an tēpus octo dierū dicatur appositū gratia differēde presentatiōis.vide Pau.de cast. in cōsi.cxlviij. in primo impressis. an aūt liberetur fideiussor represen tando anteq̄ sit requisitus. vide Ro.in cōsi.cxxxvij. & an promittēs representare toties q̄ties &c. q̄n teneatur p do. Alex.de imol.in consi.cxlvj, col.j. in.ij.volu.

b ¶ Omnem condemnationē. adde tu & vide bal. in consi.cclxxxv. in.iiij.vol.Ber.

7 Malefactor vnus an possit pro alio fideiubere.

7 **Ange.** ¶†Quero an vnus ex malefactoribus possit fideiubere pro alio. Bar.in.l.romanus.in fi.ff.de tut.ꝛ cura.dan.ab his.videtur velle ꝙ sic: sed ibi videtur loqui in criminalibus leuibus; tamē idem est in aliis quia eadē est ratio dummodo vt.s.dixi sit tale delictū ꝙ sit fideiussoribus relaxādus: vnde si iudex vnū ex reis pro alio reo fideiussorem acceperit non tenetur in syndicatu.

**August.** ¶Tu aūt in hac materia adde ꝙ Ange.in.l.reos.in prin.ff.de duo. reis. videtur in terminis hoc velle ibi. Sed aduerte quia intelligo ista cum grano salis, scilicet ꝙ vnus malefactor potest pro alio fideiubere, hoc verū si non est suspectus. Et ad hoc allego bonam glo.in auf.de exhib.reis.col.v.§.suscepto. in ver.fideiussione.quod tene menti, quia frustra totum esset si intelligeretur de eo qui nihil possideret.

8 Fideiussor an teneatur ad illud quartum plus in quo incurrit reus ex forma statuti si non soluerit originaliter condēnationem intra decē dies, ꝛ quomodo debeat esse cautus iudex in recipiendo fideiussionem dicēdo fideiussit non tantum pro pena delicti, sed pro pena dicti processus.

8 **Ange.** ¶†Quero an fideiussor teneatur ad illud quartum plus in quo incurrit reus ex forma statuti si non soluerit originaliter condemnationē intra.x. dies: dic ꝙ non: q illud quartū plus vel etiā si in plus condēnaretur per suam negationē habitā post fideiussionem: dic ꝙ non: q talis pena quarti pluris siue augumenti non est pena delicti, sed est pena notationis seu contumacie ad quam non intercessit fideiussor.l.fi.ff.de fideiusso. ꝛ.l.j.ꝛ ibi Barto.ff.de in lit.iuran. Sis ergo cautus tu iudex si vis ꝙ ad hoc etiam fideiussor teneatur ꝙ dicas ꝙ fideiussit non tantum pro pena delicti, sed pro pena dicti processus, vt.s.dixi: sed pena negantis vel contumacis est pena processus ergo fideiussor tenebitur: ita dicit Bart.in.d.l.j.in fi.vel dicas ꝙ promisit soluere iudicatū: vt.l.iudicatum. ff.iudi.sol. ita eleganter dicit Bar.in.l.sanctio legum.ff.de pe. Si autem alio modo ꝙ per negationem pena augeatur an fideiussor teneatur: videtur ꝙ sic: vt.l.ij.in princ.ff.quo.lega.dic tamen vt ibi per Ange.ꝛ omnino vide Bart.in.l.fideiussor magistratus.ff.de fideiusso.

**August.** ¶Tu autem in hac materia adde ꝛ dic ꝙ cōtra istam decisionem Bar.expresse videtur decisio Jo.and.in addi.Spe.in titu.de fideius.§.j. in additio.que incip.extant etiam questiones. Guid.de suza. qui dicit ꝙ si reus principalis condemnatus est in duplum ex eo quia nō soluit simplum tempore debito fideiussor soluit simplum ꝛ duplum quod fideiussor poterit repetere illud duplum a reo: per tex.in.l.si mādato meo.§.fideiussor.ff.man. nisi saluando Bar, dicamus limitando quia doctrina Jo.and. militabit quando talis fideiussor datus est postꝙ pena illa accrescit ꝛ non ante augmentum pene. Quod si ante augmentū militabit doctrina Bart.in.d.l.j. ita videtur sentire Bal.in.d.l.j.licet non alleget Jo.andr. in loco.s.allegato. Ad predicta etiam vide doctrinam auream Bar, quam posuit in.l.ij.ff.de pub.iudi.per quam poteris limitare predicta quādo pena crescit in quarto pluri, an sit pena delicti, an cōtumacie: dic vt ibi. Et adde que dicentur.j.in glos.que incip.quas si non soluerit intra decem dies soluat cum quarto pluri, in addi.mea: ꝛ Albe. de ros. in.j.parte statuto.questi.cxliiij. ibi determinat ꝙ fideiussor non tenetur ad penas contumacie.

a ¶In.l.cū ostendimus. Adde et vide Ro.in cōsi. cccxj.ꝛ ibi de vēdēte rem qui dixit ꝙ erat obligata ecclesie pro annua pensione ꝙ si emptor tacet ꝙ obligeꝛ ecclesie ꝛ pōt cogi ad solutionē. B.

9 Fideiussoribus relaxādus si idoneum fideiussorem offerat: iudex autem reum detineat in carcere, poterit agere cōtra iudicem actione iniuriarum.

9 **Ange.** ¶†Et not. ꝙ si aliquis esset fideiussoribus relaxandus ꝛ iudex ipsum retineret aut carceraretur ꝙ cōtra iudicem cui fideiussorem idoneum reus offerret, potest reus agere act.iniuriarum: vt no.Bar.in.l. si vero pro condemnato.§.j.ff.qui satis.cog.

**August.** ¶Adde ꝙ in terminis idē voluit Ang. in.d.§.j.ꝛ ibi Mod. sequūtur opi. Bar. vbi Ang.multū exclamat cōtra officiales detinētes inuentos cū armis, quia dicūt relaxari dādo fideiussores. Et idē dixit Bal.in.l.sed ꝛ si is.ff.de in ius vo, ꝛ hoc tene menti.

10 Femina que non potest fideiussionem prestare, quomodo per cautionem iuratoriam satisfacit.

10 **Ange.** ¶†Et aduertas ꝙ predicta procedunt in masculo qui tenetur dare fideiussorē, alʼs detinebitur, vt.j.in fi.dicam. In femina autem delinquēte si potest prestare fideiussorē eum prestabit, in casu quo sit fideiussoribus relaxanda: si autem prestare non poterit, stabitur sue iuratorie cautioni: vt in auf.vt nulli iud.§.necessarium.facit auf.cui relictū.C.de indi.vid.tol.ꝛ in auf.sed hodie.C.de offi.diuer.iu.qd nota tu iudex ad tui defensionem si non coegisti mulierem ad prestandum fideiuss. ꝛ eam relaxasti sue iuratorie cautioni tantum stando.

**Augusti.** ¶Tu autem in hac materia adde qd Bal.in.l.satis.§.j. ff.de in ius voc.dicit ꝙ licet inuenti cum armis debeant poni in carcere, nisi satisdent ꝛ dent fideiussorē: quia dando fideiussorem non debent incarcerari: hoc verū in masculo, in femina autē non: quia femina si non potest prestare fideiussorē iurando stabitur sue iuratorie cautioni de se presentando. text.allegat quem dicit notabilem in auf.sed nouo iure.C.de cura. que lex est extracta ex auf.vt nulli iudic.s.allega. Adde tamen limitando predicta: q.d.auf.sed nouo iure.habet locū solū in feminis honeste vite que non possunt incarcerari, sed iuratoria cautione relaxari. ita dicit Pet.ꝛ sequitur Cy.in.l. quoniam.C.de custo.reo.ꝛ Bar.in dicto.§.necessarium.faciunt not.per Sali.in dicta.l.quoniam.

11 Fideiussorem prestās, in quibus casibus penalibus veniat relaxandus ꝛ in quibus non.

11 **Ange.** ¶†Scis etiā ꝙ fideiussoribus quis est relaxandus quando simpliciter est pena pecuniaria aut ex forma iuris vel statutorum: vt.l.j.ff.de cust. re.ꝛ ibi Bar. Si vero esset pena corporalis vel corporis afflictiua, tūc reus non est fideiussoribus relaxandus, sed seruandus est in carcere: alʼs posset recedere tempore sententie: ꝛ sic pena esset elusoria contra.l.si pretor.ff.de iud. Item non est relaxandus si pena licet sit pecuniaria, tamen est in subsidiū corporalis: vt quia statutū dicit condemnetur in centū libris, quas si non soluerit intra mensem amputetur ei manus: vt no.Bar.ff.de custo.reo.l.j. vel si statutū dicat alternatiue, vtputa ꝙ amputeꝛ manus vel soluat lib.centū Bonoñ. vel fortius si esset copulatiue vt condēnetur in amputatione manus ꝛ in lib.centū: ita dicit Dy.ꝛ Bar.in.l.ij. ꝛ ibi Imo.ff.de pub.iud.de quo latius dixi.s.in glos.super verbo, fama publica.in versi. decimo quero ꝛc. ꝛ seq. dic vt ibi: vbi etiā videas qñ vult vel qñ potest facere depositū ꝛ in qua forma recurras omnino ad ea que ibi plene dixi.

**August.** ¶Tu aūt in hac materia adde hic not. per Bal.ꝛ Ang.in.l.ij.C.de exhi.re. qui in hac materia ponnnt multas fallentias ꝛ limitationes ꝛ maxime quādo pena est arbitraria, an quis fideiussoribus sit relaxandus: ꝛ ibi dicit cōsuetudinem inspici debere: per l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his qui no.infa.quia si cōsuetum est illam penam fore corporalem non est fideiussoribus relaxandus, alʼs sic: aliqui vero casus etiam ibi ponuntur per Ang.vbi predicta poteris limitare, dic vt ibi: ꝛ satis dictum est.s.in hac eadem glo.in prin.

12 Fideiussor est qui patitur se nominari in actis pro fideiussore, pro maleficio alieno: ꝛ non contradicit incontinēti, licet non dicat expresse ita promitto ꝛ fideiubeo ꝛc.

12 **Ange.** ¶†Caueat tamen iste Anto.qui hic fuit fideiussor vel alius quilibet quia quoties pro maleficio alieno: iste talis fideiussor patitur se nominari in actis pro fideiussore dicti inquisiti ꝛ ipse incontinēti nō cōtradicit, statim tenetur, licet expresse nō dicat ꝛ ita promitto ꝛ fideiubeo pro dicto inquisito, iste est casus ꝛ ibi Bart.
a in.l.cum ostendimus[a].§.fi.ff.de fideiuss. tu quod no.quando aliquis inquisitus te presente nominat te pro fideiussore si non vis obligari non permittas te scribi apud acta, imo statim contradicas, alias autem tacens obligaris.

**Augusti.** ¶Adde tamen tu quod multi doctores voluerūt quod ideo in dicta. l.cum ostendimus.§.fin. ibi inducatur stipulatio per patientiam cum scriptura, quia concurrebat fauor pupilli: et hoc voluerunt ibi Barto.ꝛ Bald.in dicto.§.fina.Barto.in.l.j.in princip. ff. de verbo.obliga. dixit ibi quod nedum hoc erit in pupillo, sed etiam erit generaliter in omnibus: vt per scripturam inducatur illa stipulatio que parit fideiussionem illā: sed quia ista est maxima materia addatis quod opus esset videre dicta Dy.Barto.ꝛ Bal.in dicta, l.cum ostendimus.§.fina. ꝛ Cyn.in.l.inuitus.C.de procuratorib.ꝛ do. Ant.ꝛ Abb.in cap.nonne.extra de presumptio.ꝛ do.Benedic.de plumbi.ꝛ Pau.de castro, et Rapha.ꝛ Imo.in.l. sciendum.ff.de verbo.obliga.ꝛ Bar.in.l.fi.ff.de preto.stip. in pe.col.Bal.in.l.tale pactum.§.qui prouocauit.in.vij.col. ff.de pac.ꝛ Bart.in.l.j.§.j.ff.a qui.ap.non lic.ꝛ Barto.in.l. cum quis incendijs.in prin.ff.de lega.iij. Bal.in.c.j.§.fina. de inue.

de inue.inter do.ꝛ vasal.conte. per glo.in.l.si fideiussor.in prin.ff.qui satisd.cog.Bal.in.l.statutis.in fi.C.de senten.ex peri.reci. ꝛ Bal.in.d.l.si fideiussor.in fi.Bal.in.l.siue apud acta.C.de trãsac.in.j.col.Bal.in.l.filius.§.inuitus. ff.de pcu.Bal.in.l.ij.§.volũtatem. ff.sol.mat. Ro.in.l.dot.in.xxv. col.ff.sol.ma.ꝛ ibi Jmo.dicit ꝛ Jo.andr.in regu.qui tacet. de reg.iur.ꝛ alia regu.is qui tacet.eo.tit.ꝛ do.Card.no.loquitur in cle.j.extra de procu.ꝛ Bal.in.l.j.C.de decu.lib.xj. ego latissime scripsi veritatem istius conclusionis post Ro. ꝛ Mod.in.d.l.j.ff.de verb.obli.dic vt ibi dixi.

13 Consuetudo est per Jtaliam ꝙ iudices quando accipiunt fideiussores ꝙ accipiant approbatores fideiussorum, que est bona cautela.

14 Presens licet sit tacens neqꝫ humeris aut capite annuat, si patitur nomẽ suum scribi in actis, ꝙ ipse approbet dictos fideiussores, pro idoneis statim tenebitur.

13 **Ange.** ¶ †Ro.etiam ꝙ consuetudo est per Jtaliã ꝙ semper iudex quando accipit aliquẽ fideiussorem ꝙ etiam vult vnũ approbatorem qui approbet dictos fideiussores esse idoneos, nam est bona cautela pro iudice:
a al's autem si fideiussores[a] idoneos non acceperit, ipse iudex in syndicatu tenet postea ad interesse reipublice. ar. l.j.§.sciendum.ff.de magi.conue.ꝛ insti.de satisd.tu.§.sciendum est autem. quia si ibi iudex tenetur pupillo quãdo non accepit fideiussores vel minus idoneos a tutoribus: ergo eodem modo tenetur iudex reipublice quando minus idoneos fideiussores accepit cum respublica ꝛ pupillus equiparentur: vt not.glo.ꝛ doc.in.l.imperatores.ff.de re iudic. Et ideo cum de more iudicũ sit velle approbatores fideiussorũ quos recipiunt.
14 †Caueat etiam aliquis ne patiatur se presente licet etiam fuerit tacens scribi nomen suũ in actis, ꝙ ipse approbet predictos fideiussores pro idoneis: quia statim quamuis non loquatur nec humeris vel capite annuerit tenebitur: vt in.d.l.cum ostendimus.§.fi.

**August.** ¶ Jnquantũ do.Ange.hic tangit materiã.d.l.cum ostendimus. Addatis hic ea q̃ dicta sunt.s.in proxi.prece.q.vbi apparebit an sit vera vel falsa illa conclusio quã affirmat hic do.Ang.ꝛ adde in hac materia Moder.in.l.j.§.sciendũ.ff.de magi.conue.vbi tractant materiam horum approbatorum fideiussorum.

15 Jnquisito absoluto, si postea fiat statutum ꝙ reuideantur processus qua reuisione facta qui fuerat absolutus est condemnatus, an fideiussor qui primo intercessit teneatur.

15 **Ange.** ¶ †Et mẽti habeas ꝙ si aliquis ex istis inquisitis esset absolutus postea inde ad annũ fieret statutum ꝙ non obstante quacũqꝫ absolutoria possint reuideri processus preteriti ꝛ viso processu istorum fuerint condẽnati. An iste Antonius fideiussor teneatur: dic ꝙ non: ꝛ ita dicit Bart.ꝙ fuit alias de facto obseruatum per illum tex. in.l.fi.ff.de pactis. quia ius liberationis quesitũ dicto fideiussori propter absolutoriam non potuit post-
b ea tolli per dictum statutum, quod not.[b]

**Augusti.** ¶ Tu autem in hac materia adde qd ad corroborationem doctrine Barto. posite in dicta.l.fi.faciunt not. per Bal.in.l.pacta nouissima.in antepenul.colum.C.de pactis.ꝛ dicta Bal.in.l.fi.in princip.C.ad macedonia. Sed Rapha.fulgo.in dicta.l.fi. ff.de pactis.non approbat rationem Bart. ibi sed fundat se ad defensionem istius questionis per aliam rationem q̃ per illam Barto.dic vt ibi.

16 Jnquisitus vel accusatus si non potest fideiussores prestare, quid erit faciendum.

16 **Ange.** ¶ †Quero quid si inquisitus vel accusatus de aliquo crimine nullos possit prestare fideiussores: dic ꝙ in carcere detinetur: vt est text. ꝛ ibi per Bar.ꝛ docto.in.l.eos.§.super his.C.de appella.ꝛ in.l.ij.in princip.ff.de custo.reo.

**Augusti.** ¶ Tu adde ꝙ ista est vera conclusio: ꝛ ita etiam determinat Ang.in.l.ij.C. de exhib.reis.ꝛ ibi vide Bald.notabiliter loquentem: non extendo eorum dicta ne sim nimis longus.

17 Fideiussor si pendente lite moriatur, an obligatio fideiussoria transeat ad heredem suum.

17 **Ange.** ¶ †Quid autem si iste Antonius fideiussor pendente lite moriatur, an obligatio sua fideiussoria transeat ad heredem suum.glo.est singu.institu. de fideiuss.§.fideiussor non tantum.que dicit ꝙ non: quod intelligunt ibi docto.verum quando fideiussit pro tali maleficio: secus si certam penam: puta centum promisisset, licet dicat pro tali maleficio quoniã penalis stipulatio qualificata transit contra heredem et hereditatem iacentem: vt.l.ad diem.ꝛ ibi Barto. Ange. ꝛ dominus meus Joan. ff.de verbo.oblig.quod nota.

**August.** ¶ Tu adde que late dixi post Moder. in dicta.l.ad diem.ff.de verbo. obliga. dic vt ibi.

18 Fideiussor ad quid teneatur si inquisitus sit relaxatus et postea aufugiat.

18 **Ange.** ¶ †Ad quid autem teneatur iste fideiussor si dicti inquisiti sunt relaxati ꝛ postea aufu-
c giant[c]: vide Pet.ꝛ Cy.in.l.ad commentariensem.C.de custo.reo.Sed omnino vide ibi latius per Sali.

**August.** ¶ Tu adde ꝛ vide notabilia verba Ange.in.l.nullus.C.de exhi.reis. qui notabiliter loquitur: aliquid ibi per eum.

1 ☞ Carceratur inquisitus de crimine capitali.

2 Carcerandus est reus vbicunqꝫ venit imponẽda pena corporis afflictiua.

3 Carcerandus est reus vbi indicia sunt sufficientia ad torturam.

4 Carcerandus est reus in omni causa criminali: quando fideiussores prestare non potest fallit in femina.



## Qui iudex dictũ Caium detineri et carcerari iussit ꝛc.

a ¶ Super ista gl.bene caderet materia carcerationis: verũ quia dixi aliquid super glo.in verbo, fama publica precedẽte ꝛc.ver.postq̃ ve-
1 ro reus se presentauerit ꝛc.hic omittã.dic vt ibi: †carcerat ergo iste homicida ꝛ merito quia est inquisitus de crimine
2 capitali: vt.l.si quis post.ff.de testa. ¶ Scdo quis est carcerandus vbicũqꝫ veniret ex delicto intentato imponẽda pe- b
na corporis afflictiua.l.ictus fustiũ.ff.de his qui notã.infa.
3 ¶ †Tertio si cõtra accusatũ vel inquisitũ sunt indicia sufficiẽtia ad torturam, quia tũc carcerãdus est vt torqueri possit: iuxta not.per Bar.in.l.fi.ff.de questio.ꝛ Cy.ꝛ doct.in.l. fi.C.de questi.ꝛ Bal.ꝛ Jo.de imo.in.l.fi.de here.insti.qua c tortura habita si reperiatur culpabilis possit puniri, al's si innocens relaxari: vt.l.ij.C.de exhi.re.ibi dum dicit donec
4 reperiatur cognitio.ꝛ ibi Jac.de but.ꝛ Sali. ¶ †Quarto semper reus est detinẽdus in omni causa criminali quando non potest prestare fideiussores: vt.l.j.C.de cust.reo.ꝛ ꝙ ibi Bar. ¶ Fallit hoc in muliere, vt.d.l.ij.C.de cu.re.ꝛ auf.ibi posita: ꝛ no. Jnn.extra de sen.exc.c.vt fame. ita dicit Bal. ꝛ Jo.de imo.in.d.l.si quis post.ff.de testa.vide text.gloss.ꝛ Sali.in.l.nullus.C.de exhi.ꝛ intro. reo. Et an carcer dicat d
d ad custodiam[d] vel ad penam: vide Sali.in.d.l.nullus. vide tu tex.in.d.l.aut damnum.§.solent.ff.de pe.

**Augusti.** ¶ Tu autem in hac materia adde ꝙ ista omnia originaliter fuerũt dicta primo a Bal.in.l.iij.C.de episco.audien.in fi. qui ponit materiã quando quis potest in carcerem detineri.ꝛ allegat Jnnocen. vbi.s. Jntellige tamen predicta ꝑm quod intelligit Bar.in.l.j.ff.de custo.reo.

5 Judex imponit militi ꝙ faciat detineri et carcerari ipsum reum periculo militis: ꝛ eodẽ modo miles facit custodi carcerum, vel iudex recta via tradit saluandum custodibus.

6 Carceratus sine causa aut carceratione existente nulla, si carceratus aufugiat custodes non tenentur: ꝛ si carceratus veniret absoluẽdus, custodes non sunt in culpa, si non tenent illum sub tanta custodia.

5 **Ange.** ¶ †Aduertas tamen ꝙ iudex imponit militi socio vt dictũ Caium detineri ꝛ carcerari e iubeat vel faciat pro ere ꝛ persona sub periculo ipsius militis: ꝛ eodẽ modo postea facit miles custodibus carcerũ vel recta via iudex recõmendat ꝛ tradit saluandũ ꝛ custodiendum dictũ Caium pro ere ꝛ persona dictis custodibus sub
e omni periculo[e] dictorũ custodũ: ꝛ nõ mireris ꝙ ista detẽtio incũbat ipsis custodibus de iure ꝛ ex statutis: quia hoc pbat de iure per totũ titu.ꝛ maxime in.l.pe.ff.de cust.reo.Et scdo quoniã cum probat iudex vel alius officialis etiã quilibet sibi subdito qui tñ sit habilis ad hoc: ꝛ in loco condecẽti potest hoc cõmittere vt malefactorẽ custodiat, detineat, saluet, ꝛ sibi restituat: vt est tex.in auk.si quis ei.C.ad le.iul. de adul.vbi Bal.ꝛ Sali.dicũt. ¶ Not.casum, qñ miles ex mãdato potestatis capit aliquẽ bannitũ vel malefactorẽ in aliquo castro potest dictũ malefactorẽ tradere officialibus in loco tenendũ ꝛ saluãdo donec postea cum pluri familia

a ¶ Fideiussores. adď tu an in sententia approbationis fideiussorũ sint citãdi illi quorũ interest.et vide Ro.in cõsi. lxxij.Ber.

b ¶ Qd no. adde tu ꝛ vide Barb. in cõsi.v.ꝛ ibi qñ credat alicui sine cautione.B.

c ¶ Aufugiãt.adde tu ꝛ vide Rapha.cõsi.xxxij.ꝛ quid si vnus ex duob⁹ iudicib⁹ persuadeat ꝙ fugiat.vide Cepo. in consi.xxv.

d ¶ Ad custodiã. vide Fulg.in cõsi.xliiij.ꝛ Raph. cu.in cõsi.cv. ibi qd carcer est inuentus ad custodiam: ꝛ ꝙ locus sanctus non prophanus et illum frangẽs dꝫ capite puniri.ꝛ adde Ang.i ꝯsi.ccxij. vbi qd ꝑ carceratione dicitur corpus affligi.B.

e ¶ Sub omni periculo. Adde tu vt ꝑ Jo. de ana. in consi.liij. ꝛ qd pulchre Fran.de are.in ꝯs.xxxviij. ꝛ adď ꝙ si carceratus iniuste fugiat, custos non tenet: imo de facto licet resistere. ita ꝯsuluit Ale. in consi.cxliiij.in ij.volu.nec talis aufugiẽs habet pro confesso.B.

pro eo ad ciuitatem conducẽdo venerit: ꝛ ibi officiales eorũ periculo ꝛ casu debẽt dictũ malefactorem ad mandatũ officialis superioris detinere ꝛ saluare per illum tex. qđ no.

6 **August.** ¶ † Adde tamẽ ꝙ si iste aufugeret qui est incarceratus ꝛ sine causa sit incarceratus non tenẽtur isti Bar. in l. ius. C. de proba. Et ideo recte dixit Ange. in l. que sub cõditione. §. fi. ff. de condi. insti. quod si etiam carceratio esset nulla funditus non tenentur isti custodes. Quinimo si carceratus veniret absoluendus non sunt in culpa isti custodes si non tenent ipsi carceratũ sub tanta custodia. Dic tamen de materia vt per Barto. ꝛ doct. in l. si pecuniam. §. pe. ff. de cond. ob cau.

7 Carceratus si se vulnerat vel interimit, an iudex teneatur.

7 **Ange.** ¶ † Quero aliquis carceratus se vulnerat vel interimit vel laqueo se suspendit vt aliquando contingit an iudex teneatur: dic ꝙ non: vt est tex. ꝛ ibi Floria. in l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad leg. aquil. qđ tamen intellige nisi carceris sit custos, quia tũc an custos teneatur eo ipso qđ aliquis reperiť mortuus in carceribus ꝛ ignoratur quomodo mortuus sit: not. glo. in l. cũ ita legatur. §. species. ff. de leg. ij. ꝛ dixi. s. in gl. in verbo, fama publica ꝛc. in materia carcerationis.

**August.** ¶ Adde que ibi dicta sunt.

8 Damnatus ad perpetuũ carcerem, an intelligatur dãnatus de publico iudicio.

8 **Ange.** ¶ † Aliquis damnatus est ad perpetuum carcerem[a] an intelligatur de publico iudicio damnatus: dic ꝙ sic: vt not. Bar. ꝛ ibi Imo. in l. ij. ff. de publi. iud. ꝛ Bal. in l. j. C. qui accu. non pos.

**August.** ¶ Adde tamen tu ꝙ Bal. in l. reos. C. de accusa. in. ij. col. transportauit ibi dicta Bar. de verbo ad verbum, vbi. s. de eo non faciat mentionem: ꝛ allegat etiam dicta Inno. in c. qualiter ꝛ quando. extra de accusa.

9 Iudex secularis an possit dãnare ad carcerem perpetuũ.

9 **Ange.** ¶ † Quero an iudex secularis possit dãnare aliquem ad perpetuum carcerem: dic ꝙ non: vt not. Bar. in dicta. l. ij. ꝛ est tex. in l. aut damnum. §. solent. ff. de pe. ꝛ l. seruus. cum si. ff. de pe. Unde si de facto carceratus: ꝛ per iudicem secularem damnatus: ꝛ ita moriatur non efficitur intestabilis: ita dicit Ange. ꝛ Imo. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren. heredita. facit. l. aut damnum. in prin. ff. de pe.

**August.** ¶ Tu adde ꝙ licet de iure ciuili nõ possit imponi ista pena tñ per statutum potest imponi: vt dicit Bal. in l. reos. in ij. col. C. de accu. ꝛ ibi ponit quõ de iure canonico: ꝛ intelligo predicta de iure ciuili non põt imponi in homine libero: secus in seruo: vt pulchre declarat Bal. omnia ista in l. j. C. qui ad lib. perue. non pos. per tex. illius. l. j. ꝛ l. capitalium. §. solent. ff. de pe.

10 Detinens aliquam personam non vt captam teneat, sed alia causa: vtputa mulierem libidinis causa, an teneatur de carcere priuato.

10 **Ange.** ¶ † Quid autem si quis retineat aliquam personam non vt captam teneat, sed aliqua de causa: vt quia retinet aliquam pulchram mulierem reclusam causa libidinis[b], an dicatur in carcere tenere: et sic teneatur de carcere priuato: vt. C. de priua. carce. l. j. dic ꝙ non: vt not. Bar. in l. verum. ff. de fur.

**August.** ¶ Adde ꝙ imo Bart. ibi in d. l. verum. non ita indistincte dicit id qđ autor iste hic. imo Barto. multum eleganter ibi distinguit, dic vt ibi. Preterea contra suam defensionem facit multum. l. quoniam multa facinora. C. ad le. iuliam de vi. sed vera decisio istius questio. potest colligi ex his que dicta sunt per Bar. ꝛ Ang. in l. diuus cum materia. ff. ad le. cor. de sica.

11 Soluens condemnationem pro carcerato ex causa maleficij, an possit repetere.

11 **Ange.** ¶ † Quid si quis soluit condẽnationem pro aliquo carcerato, an dicatur in dubio soluere animo donandi vel possit repetere: dic ꝙ potest repetere: vt not. Bal. in l. quamuis. cum. l. seq. ff. solu. mat. licet in piam causam dicatur soluere: vnde executor datus ad aliquid in piam causam exequendi, potest soluere condemnationem pro carcerato etiam pro maleficijs, ꝛ dicitur soluere in piam causam: vt no. Bal. in d. l. quamuis.

**August.** ¶ Tu ibi adde ꝛ vide Imo. notabiliter loquentem: sed eleganter ibi loquiť Ro. ego ibi latissime dixi post Moder.

a ¶ Carcerẽ. Adde tu ꝛ vide Ful. in cõsi. cxliiij. vbi ꝙ quis nõ est dãnãdus ad perpetuos carceres. ꝛ adde etiã Ang. in cõsi. cclvj. vbi dãnatus ad perpetuos carceres potest iniuriarũ experiri cõtra iudicem. Ber.

b ¶ Causa libidinis. adde ꝛ vide do. Alex. in cõsi. j. in. iij. vol. Ber.

c ¶ Tu adde. vide tu Barba. in consi. xvj. Ber.

d ¶ Appellare, adde ꝛ vide Ange. in cõsilio. cclvj. Ber.

e ¶ Et aduertas, vide tu Cepo. in consi. xl.

f ¶ Carceratus, adde an contract⁹ carcerati valeãt ꝛ qñ quis dicatur in carcere: ꝛ vide Fulgo. in consi. clxxvj. ꝛ vide Raph. cu. in cõsi. cxliiij. vbi ꝙ postꝗ̃ quis fugit de carcere qđ potest testari. et vide eundem in cõsi. clvij. Ber.

12 Delictum commissum fuit de nocte, ꝛ illi de castro tenebãtur capere malefactorem, ex forma statuti, qui non potuerunt exire castrum, quũ rector claues haberet, an tenebuntur de non captura.

12 **Ange.** ¶ † Quid si de nocte commissum fuit maleficium, ꝛ illi de castro ex forma statuti tenentur capere malefactorem, ꝛ ipsi non potuerũt exire castrũ, quia rector habebat claues, an teneantur de non captura: dic ꝙ non: vt no. Bar. in l. iij. §. subuenitur. ff. ad silla.

c **August.** ¶ Tu adde[c] ꝙ ista conclusio Bar. approbatur a doct. maxime a Ro. ꝛ Mod. in dicta. l. si quis in graui. §. subuenitur. ff. ad silla. bene faciunt not. in l. j. §. occisorum. ff. eo. titu.

13 Carceratus pro causa ciuili vel criminali, an omni die etiã post latam sententiam per decem dies possit appellare.

13 **Ange.** ¶ † Quero aliquis captus est ꝛ carceratus pro causa ciuili vel criminali, an omni die etiam post latam sentẽtiam per. x. dies possit appellare: dic ꝙ sic: quia stando in carceribus omni die grauatur: ꝛ sic

d propter nouũ grauamen potest appellare[d]: ita dicit Spec. in tit. de appel. §. restat. ver. ꝛ no. secundũ. ꝛ ver. sed quid dices. in fi. facit qđ not. glo. ꝛ doct. in l. ij. C. de ser. ꝛ aqua. ver. alij dicunt ꝙ non. ꝛ hoc vult Bal. in l. ij. C. de epis. audi.

**August.** ¶ Tu adde ꝙ doc. maxime An. de bu. approbãt doctrinã illã Spe. ꝛ eam allegant ꝛ sequunť, licet ad aliud propositũ in c. ex parte. extra de ap. ꝛ do. Ant. de bu. in c. dilectus filius. extra de rescri.

14 Carcere detineri, ꝛ in vinculis esse, quomodo quis dicatur.

14 **Ange.** ¶ † Et aduertas[e] ꝙ carcer dicitur quoties

e quis non potest exire de loco pro libito volũtatis: vnde potest assignari pro carcere totũ palatiũ potestatis vel tota ciuitas. Si autem ponũtur custodes tũc dicitur esse in vinculis: vt l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. ita dicit Ange. in l. qui in carcerem. ff. qđ me. cau. qđ not. tu iudex qñ ex forma statuti debes aliquem carcerare vel non.

**August.** ¶ Tu adde que dixi. s. in glo. in verbo, fama publica precedẽte. in materia carcerationis quando dicatur quis detẽtus. Et adde Ang. ꝛ Ro. in l. si quis in graui. §. clausos. ff. ad silla. quem. §. legit Ro. sub. §. subuenitur. ꝛ ꝙ vna ciuitas possit assignari pro carcere: hic dixit Ang. in l. nullus. C. de exhib. reis.

15 Carceratus an possit contrahere, vel testari, vel confiteri in carcere.

15 **Ange.** ¶ † An autẽ carceratus[f] possit contrahere

f vel testari, vel cõfiteri in carcere: vide ibi Ange. Bar. ꝛ doc. in l. qui in carcerem. ff. qđ me. cau. ꝛ Bar. in l. qui neqꝫ. de verb. sig. ꝛ Bar. Bal. Ang. ꝛ Raph. ꝛ plene Io. de imo. in l. qui a latronibus. ff. de testa.

**August.** ¶ Tu adde Bal. in d. l. qui in carcerẽ. ꝛ vide Bal. in l. j. C. de confes. Bal. in l. necnon. §. j. ff. ex quib. cau. ma. Bal. in l. si quis in hoc. C. de epi. ꝛ cle. Pulchram limitationem Ang. in l. nemo carcerẽ. C. de exa. tribu. qui ponit quando promissio facta in carcerem: tenet Bal. in l. ab eo. C. quo. ꝛ quan. iud.

16 Carcer quid dicatur: ꝛ carceratus quis dicatur.

16 **Ange.** ¶ † Et ad id qđ dixi quid dicatur carcer vel quis dicatur carceratus: adde qđ habetur in l. verũ. ꝛ in l. vinculorũ. de ver. sig. ꝛ Inno. ꝛ Io. an. in c. nuper. in prin. de sen. exc. ꝛ Ange. in l. quoniã. de cust. reo. ꝛ in l. ij. C. de exhib. re. facit qđ voluit Bar. ꝛ domini mei: vbi vult ꝙ omnis locus assignatus alicui pro carcere sit carcer. ꝛ idem ipse voluit in l. ij. C. de exhi. reis. facit. l. titio. §. j. ff. de condi. ꝛ demonstra. ꝛ quod ibi Barto. vide Iaco. de are. ꝛ Bar. in l. qui neqꝫ. de verb. signi.

**August.** ¶ Adde ꝙ de his satis est dictum. s. in d. glo. in ver. fama publica precedente.

i ☞ Nemo damnandus est, nisi prius ei dato termino ad faciendũ suam defensionem: ꝛ hanc practicam totus mundus seruat, quod sponte confessum iudex mittunt ad carceres: ꝛ apud acta assignant ei terminum ad allegandum quicquid vult ne condemnetur, et ad faciendam omnem eius defensionem.



## Qui iudex dictis inquisitis ꝛ cuilibet eorum statuit terminũ decem dierum ad eorũ defensione

1 **fensionem faciendā ⁊c.** ¶ † Hoc fit per. l. vnius.§.cogniturum.ff.de questio.nemo enim debet dānari nisi prius dato termino ad faciendam suam defensionē: vt.l.rei.§.si ad diem.ff.de re mili.⁊ est text.cum glos.in.l.j.ff. de fur.ita dicit Barto.⁊ Jmo.in.l.custodias.§.j.ff.de pub. iud.⁊ Sali.in.l.ij.C.de custo.reo.in versi.⁊ hanc practicam seruat totus mundus ⁊c. dic ꝙ totus mundus seruat hāc practicam, quia sponte confessum iudices mittunt ad carceres ⁊ apud acta prefigunt ei terminum ad allegandum
a quicquid vult ne cōdemnetur[a] ⁊ ad omnē eius defensionē faciendā intra quem si nullā faciat satis in confessione sua perseuerare videt̃: vt in simili dicit̃ de donatione que non reuocat̃: vt.l.iij.§.si maritus.ff.de do.inter vi.⁊ vxo. Si vero cōfessionem suā reuocat oportet ꝙ causam dicat quare reuocat ⁊ illam probet: vt.l.error.C.de iur.⁊ fac.igno.

**August.** ¶ Adde hic que dicam.j.in ista glos.in additione vltima.

2 Reus confessus est maleficium, statim iudex misit eum ad furcas non dato ei termino ad se defendendum, an poterit iudex in syndicatu sustentari.
3 Dilationem per legem scriptam, aut per statutum concessam, non est necesse petere, neq̃ a iudice concedi.
4 Defensio per reum fieri potest etiam ꝙ ei nō daretur terminus ad faciendum defensionem suam.
5 Reus an possit renunciare termino defensionis.
6 Defensioni an possit renunciare reus de qua constat nullam habere defensionem.
7 Defensionis renunciatio an teneat quando constat reum habere defensiones.
8 Defensionis renunciatio an admittatur quando dubium est an reus habeat defensiones.
9 Defensionibus quibus possit renūciare reus ⁊ quibus nō.
10 Confessus maleficiū si petat terminum, non obstante confessione ad se defendendū, quem iudex denegat quia maleficium est notoriū, an iudex statim possit procedere ad condemnationem ⁊ executionem.
11 Defensionibus suis an possit renunciare qui in flagranti crimine est repertus.
12 Latro famosus an possit suis defensionibus renunciare.
13 Defensionibus quando possit renunciari, ponitur casus tertius.
14 Defensionibus de presenti competentibus, an possit in iudicio generaliter renunciare.
15 Judex vt sedet tumultum populi potest pendente dilatione facere executionem corporalem.

2 **Ange.** ¶ † Si aūt aliquis fuit cōfessus maleficiū ⁊ statim iudex misit eum ad furcas nō data ei dicta dilatione ad faciēdū suas defensiones, an iudex possit de iure sustentari in suo syndicatu Bal.in.l.nouerint.C. vt intra cer.tēp.dicit ꝙ aut reus petijt dilationē predictā: ⁊ tūc iudex male facit, q̃r eam dare debuit: aut non petijt, tūc iudex nō habuit necesse dare: vt.l.qui sententiā.⁊.l.cū reis.
3 C.de pe. † Jn dilatione aūt que esset per legē scriptā vel per statutū cōcessa nō est necesse ꝙ petat̃ nec ꝙ a iudice concedatur: vt.l.si vēdicari.C.de pe.ita dicit Bal.plus etiā dicit Bal.in.d.l.cū reis.C.de pe.vbi dicit no.ar.ad.q.si iudex dedit dilationē cōuicto ad faciēdū suā defensionē ⁊ amici ꝓcurāt in multis: vel ꝓcurāt ꝙ fiat adunātia generalis vt liberet̃ ꝙ ipse iudex non d; ista expectare: sed d; facere reū
4 conuictū renunciare dilationi, ⁊ facere officiū suū ⁊c. † Sed bene no. ꝙ licet etiā si non daret̃ terminus ad faciendū suā defensionē vel excusationē, posset tñ per reū fieri defensio: vt.d.§.cogniturū habet̃.⁊ ibi not.Bar.in.l.in crimine.ff.de adul.⁊ in extrauag.ad reprimen.in verbo, sine figura iudicij.in versi.an debeat dari dilatio ⁊c. ⁊ non est mirum quia defensio est de iure naturali: vnde etiam si vellet iudex non posset eam auferre reo: vt in cle.pastoralis.de re iudic.quis autem defensiones possit facere, dicam.j.in glo.proxi.

**August.** ¶ Tu adde que dicam.j.in ista gl.in vlti.addi.mea. Quas autem defensiones potest facere dicam.j.in glos.proxi.que incipit, comparent inquisiti in termino defensionis.

5 **Ange.** ¶ † An aūt reus possit tali termino defensionis renūciare. Bar.in.l.custodias. in fi.ff. de pub.iud.⁊ in.l.quidā sunt serui pene.ff.de pe. ⁊ in.l.non tm̃.ff.de appel.videt̃ velle ꝙ nō possit renūciare: ⁊ in.d.l.nō tantū.fiebat executio de facto, qd credo verū. dicit tñ Bal. in.l.raptores.C.de epi.⁊ cle. qd hoc est verū nisi dicat̃ talis inquisitus sciēs se nō habere aliquā defensionē: imo carere omni defensione spōte: ⁊ ex certa sciētia dicto termino defensionis renūciauit, tūc talis renūciatio valet: vnde tu iudex bene nota q̄ verba apponi facias vt valeat dicta renūciatio qñ reus termino defensiuo renunciat: vide Ange.⁊ Jmo.in.d.l.custodias.⁊ Ang.in.l.pacto qd in heredē.ff.de
6 pac.qui dicūt † ꝙ si cōstat reū nullā habere defensionē forte quia est insignis latro, tūc potest renūciare: ex quo ius defendēdi non h; per ea q̄ habētur in.l.prouinciarū.C.de fer. quia per talē renūciationē non ledit̃, nisi quia citius morit̃ de quo nō videt̃ curandū: ex quo certū est ipsum nō habere
7 defensionem per.d.l.cum reis.C.de pe. † Si vero cōstat eū habere defensionē, ⁊ tūc non tenet renūciatio: vt.d.l.nō tan
8 tum.ff.de appel. † Si aūt dubiū sit tūc admittitur renūciatio, sed si eum penitet potest se defendere: vt.l.j.cū glo. ⁊ ibi Bal.C.de fur.sed glo.in.d.l.j.dicit ꝙ si asserat se nō habere aliquas defensiones quas facere possit, tunc renūciare pōt termino: vt ibi etiā tangit Ang.hoc etiā fuit de mēte Bal. in.l.fi.ff.de fur. vbi dicit ꝙ non potest renūciari defensionibus: termino aūt sic: allegat Jnno.in.c.cum olim. Abb.de offi.dele.Bal.in.l.nam ⁊ postea.§.si minor.ff.de iureiur.dicit ꝙ si certū est reū habere defensiones ꝙ nō tenet renūciatio quia lederet̃: sed nō si haberet liquidas probationes nō presumit̃ habere: ⁊ ego semper practicaui dictū Bal.in.d. l.raptores. ¶ Aduertas tñ ꝙ Bal.in.l.fi.C.qui accus.non poss.versi.⁊ premitto ꝙ omnis eorū defensio ⁊c. ⁊ ver.super
9 quinto dicit ⁊c. dico † ꝙ legitime defensioni per quā funditus extinguit̃ terminus defensionis nō potest renūciari: vt l.pactū inter heredem.ff.de pact. sed defensionibus q̄ sunt de apicibus iuris statutorū ⁊ nō de iuregentiū potest renūciari: vt.l.si accusatoribus.C.de accusa.in glo. qd dicit procedere de expressa renūciatione: sed tacita ⁊ velata renunciatio per lapsum termini bene potest fieri: ⁊ quoniā fortior est exclusio tēporis q̄ renunciationis: vt.l.ex facto.§.si quis bonorū.ff.ad trebel.ad hoc vt termini datio aliquid operetur: vt.c.pastoralis.de exceptio.quod nota.

a ¶ Ne condēnetur.adde et vide Alex.in ↄsi.lvij. in.iij.vol. vbi an repertus in flagranti crimine possit damnari.

**August.** ¶ Tu aūt in hac materia adde ea q̄ dicit Bal.in.l.j.C.de confes. in.iiij.char.in illa.q.q̄ incip.quero de questione quotidiana Titius accusatus vel inquisitus.qui dicit allegando text.in.l.iij. §. si ad diē.ff.de re mil.quē tex.dicit esse notabilem ad hoc ꝙ si Titius cōfitet̃ occidisse Seiū de more est vt det̃ sibi terminus ad omnē suā defensionē faciēdā ⁊ qñ iste talis sic confitēs reuocare possit suā cōfessionem iam factam coram iudice. adde que dicam.j.in seq.glos. ¶ Jtem adde inquantū do. Ang.hic allegauit Bal.in.l.nouerint.C.de aboli. addatis ꝙ error est quia illa.l.nouerint.est in tit.vt intra cer.tēp.⁊c. ¶ Jtem addatis ꝙ nō est verū qd Bal.in.d.l.cum reis.dicat id ad qd allegat eum do.Ang.hic. ¶ Jtē adde ꝙ dubito valde ne isti doc. errauerint dum volūt qd cōtra tales ratificantes ⁊ confitētes debeat dari ille terminus ad se defendendū, quia cum tales confitētes propter suam confessionem dicant̃ inducere quandā notorietatā ad quid danda est talis dilatio ⁊ talis terminus.⁊ ideo reperio Bal.notabiliter loquentē in isto passu ⁊ aliter loquentē dicētē per
10 tex.in.l.a ꝓcedēte.C.de dila.ibi in fi. ¶ † Ultimo ex isto casu collige ꝙ si aliquis est cōfessus maleficiū ⁊ petit non obstāte cōfessione terminū ad se defendendū quē iudex denegat, q̃r maleficiū est notoriū, ꝙ iudex statim potest ꝓcedere ad condēnationē ⁊ executionē per quā interloquat̃ dilationem non dandā tanq̄ petitā per calumniā. Utile est ergo in talibus interloqui, ⁊ allegat etiā no.per Jnn.in.c.ad petitionē.extra de accū.Sali.ergo in.d.l.ij.⁊ sequētes non recte loquunt̃ nisi saluādo dicamus ꝙ doctrina Bar.in.d.l. cogniturū.ꝓcedit qñ cōstabat aliter de delicto q̄ per cōfessionē.⁊ ideo in hoc reprehēdo magis Lud.ro.q̄ aliū doc.q omniū rerū singulariū professus est habere memoriā q Ro. ignorauit illā singularē doctrinā Bal.in.d.l.a procedente. dū ipse Ro.late posuit istam materiā in rubri.de arbi.in.v. char.⁊ maxime illū artic.an huiusmodi defensionibꝰ possit
11 renūciari: † qui dixit ꝙ si quis est inuētus in flagrāti crimine talis pōt renunciare defensionibus suis, q̃r pōt de facto
12 puniri: allegat Bal.in.l.vt vim.ff.de iusti.⁊ iure. † Jtē hoc fallit etiā in publico ⁊ famoso latrone. alleg. Bal.in.l.pro
13 uinciarū.C.de fer. † Aliam ⁊ tertiā limitationē ibi tradit, ⁊ multa ibi allegat q̄ parū esset hic transscribere: ⁊ facit mentionē de doctrina Bal.in.l.j.C.qui accu.Et qñ in hoc passu est altercatio inter Bar.d.l.custodias.⁊ Bal.in.l.in pecuniarijs.ff.de fer. Tene tamen menti pulchra verba q̄ po
14 suit Ange.in.l.sed si quis.§.quesitū. ff. si quis cau.dicit † ꝙ defensionibus de presenti cōpetētibus quis bene potest re

nunciare generaliter in iudicio: habet enim notitiã causarũ, vnde imputet sibi auť.iubemus.C.de iudi. Et subdit ꝙ hac practica hodie vtũtur assessores cum faciũt dãnandos renũciare termino adiuncta causa ꝙ nullã defensionẽ habẽt. Clamat enim Ange.ipse cõtra tales ⁊ maxime exclamat, dicẽs ꝙ caueant ipsi assessores ne supra se ⁊ filios eorũ cõuertanť si inique fecerint per tex.in auť.in corpore, iusiurandũ.adde no.in.l.ictus fustiũ.ff.de his qui no.infa. Adde in hac materia dicta Bal.in.l.raptores.C.de epis.⁊ cle. ⁊ Bal.in auť.habita.C.ne fil.pro pat.Bal.in.l.fi.C.de fer. Bal.in.l.si accusatoribus.ff.de accus.Bal.Ang.⁊ Sali.in auť.iubemus.C.de iudi.per Ang.in.l.j.ff.de furi.⁊ balnea. per Ro.in.l.alia.§.eleganter.ff.sol.mat.per do.Ab.in.c.fi. de pac.in.j.col.Bar.in.c.j.in.j.col.extra de iudic.Bar.in.l. stichus.ff.de pe.leg.Bal.in.c.cũ nõ ab homine.in fi.de iud. Jo.an.Pet.de anc.Do.de san.Ge.in.c.cũ C.laicus.extra de fo.cõpe.in.vj.Bar.in.l.qui vlti.in fi.ff.de pe. Et certe vltra oẽs locutus est Ang.in hac materia in.l.tale pactũ.§.q prouocauit.ff.de pac.in repe. sua, in.ij.col.ibi eum omnino vide si vis habere veritatẽ istius passus: ⁊ vide q̃ dixit Ro. in singul.suis.ccccxc.ij.anni, qd incip.licet iudex procedere
15 nõ possit.vbi dixit † ꝙ iudex vt sedet tumultũ populi potest pendẽte dilatione facere executionẽ corporalem: vide doct. in.l.si filio exheredato.ff.de iniu.testa.maxime Ange.⁊ dixit do.Catal.in.q.cxcvij.in materia syndicatus.

1 ☞ Confessus in parte vel in toto, an possit suam confessionem reuocare.
2 Confessio in criminalibus perseuerata, an reuocari possit.
3 Confessio iurata, an reuocari possit.

¶ Die.xv.Decembris.



**Omparent dicti inquisiti ⁊ quilibet eorũ in termino defensionis ⁊ pro eorũ defensione produxerunt instrumẽtum pacis ⁊ alia qd est in filza et infrascriptos testes ⁊c.** ¶ Sunt tria aduertẽda. Nam aut reus primo cõfessus fuit omnia, aut negat omnia, aut partim negat, ⁊ partim cõfessus est, vt.s.di
1 ctũ est in tribus gl.† qñ cõfessus fuit in parte vel in totũ, tũc in termino defensorio potest cõfessionẽ suã reuocare vt er
a roneam[a] in prima instãtia: ⁊ si eam in prima instãtia nõ reuocauit potest eam in causa appellationis reuocare ⁊ causam reuocationis exprimere, vt no.gl.Bar.⁊ Ang.in.l.creditor.§.j.ff.de app.⁊ ibi Ang.not.Bar.in.l.ij.C.quo.app. nõ reci.⁊ no.Bal.in.l.in minoribus.C.de his qui.vt ind.sed Nic.mata.⁊ Bal.in.l.fi.C.de ꝓba. dicũt ꝙ talis reuocatio cõfessionis non potest apud acta fieri vt prosit reuocatio si adsint alia indicia indubitata q̃ iuncta cũ cõfessione faciũt fidẽ iudici, nisi reuocãs ꝓbaret cõtrariũ per alia indicia cõtraria ꝙ debẽt esse notandũ: sed Sali.ibi hoc exẽplũ nõ placet presupposito ꝙ alia indicia per se non essent sufficiẽtia ad condẽnationẽ. Ratio est quia frustra essent.ll.q̃ reuocationẽ permittũt sine alicuius cause ꝓbatione: dic vt ibi per Bal.⁊ Sali.⁊ sic vides ꝙ Sali.tenet indistincte qd.s.dixi, vz omni casu ꝓdesse reuocare suã cõfessionẽ: ⁊ ita vidi practicari sicut dicimus in ciuili ꝙ indistincte põt cõfessio vt erronea reuocari: ⁊ reuocabiť ꝓbando rem se aliter habere: vt plene no.Bar.in.l.nõ fateť. ff. de cõfes.⁊ in criminali ad similitudinẽ ciuiliũ ꝓcediť: vt.l.absentem.ff.de pe.igiť ⁊c.

a ¶ Ut erroneã. adde ⁊ vide Ro. late exordiẽtem materiã in cõsil, cccxcj. Alexã.de imo.in cõsil.xc.⁊ in consil. cij.in.j. vol.⁊ in cõsi.cxx. iij.libr. ⁊ qño cognoscatur cõfessio erronea: vide Rapah.cu.cõsi. xxvij.⁊ cõsi.clx.⁊ an cõfessio in criminali possit reuocari.vide Frã. de are.cõsi.cxlvij. ⁊ qñ possit modificari cõfessio in criminali: vide Alex.in cõsi.j.in iij.volu.Ber.

**August.** ¶ Tu aũt in hac materia adde ⁊ cõsydera ꝙ Bal.in.d.l.fi.C.de ꝓba. expresse dicit ꝙ licet cõfessio indiciata nõ possit reuocari tñ reuocať ꝓbando contrariũ.s.rem alias se habere: ⁊ ita etiã refert eũ
2 ibi Sali. ¶ † Itẽ adde ⁊ limita non ꝓcedere in criminalib⁹ vbi cõfessio fuisset perseuerata qꝛ talis cõfessio nõ põt reuocari: hoc fuit singulare verbũ Spec, in tit.de cõfes.§.fi.ver. sed nũquid in criminalibus. ⁊ ipsum sequiť ibi Jo.an.allegando ꝙ Jaco.baldui.⁊ Alber.gal.idem voluerũt: ⁊ certe ista est mirabilis ⁊ noua decisio in ista materia ⁊ periculosa ⁊ corroborať ista mirabilis doctrina per ea q̃ latissime dixi in.l.j.ff.de lega.j.in addi.meis, vbi posui materiã quantũ plus põt actus geminatus q̃ actus simplex: ⁊ per ea q̃ tradit Bart.in.l.cũ scimus.C.de agri.⁊ censi.lib.xj.qui dicit ꝙ licet cõfessio facta per verba enunciatiua non preiudicet tñ si est cõfessio geminata preiudicabit. Itẽ confirmať per doctrinã Jo.an.in tit.de do.inter vir.⁊ vxo.in rub. qui voluit ꝙ cõtra cõfessionem geminatã non potest opponi exceptio nõ numerate dotis. Sed alias audiui illustrem genitorem meũ tenere contrariã partẽ: ⁊ in mediũ adducebat in indiuiduo doctrinã do.Ant.de bu.in.c.fi.extra de cõfes.in.xix. col.qui faciẽs mentionẽ de illa doctrina Spec.in.d.§.fi.ibi do.Ant.de but.dicit ꝙ pro dicto Spe.est gl.in terminis in c.ex literis.extra de diuor. ⁊ ꝙ per predictã doctrinã datur ista regula ꝙ vbi cõfessio est deliberata: quia datus est terminus ad respondendũ ⁊ ad liberandũ nunꝙ admittiť reuocatio cõfessionis: sed dicit ibi do.Ant.ꝙ putat ꝙ in criminali admittať reuocatio nisi iurauerit plenã dicere veritatem circa inquisita: quia nõ posset tanꝙ ostendẽs se periurũ admitti ad reuocationẽ ad excusationẽ bene admittereť: vt in.c.dilecti.extra de accu.dũtamen esset talis excusatio q̃ in toto non perimeret confessionẽ quo ad factũ, vt ibi not.⁊ vbi deliberate quis confiteť licet difficilius admittatur: admittitur tñ sed cũ maiori cognitione: ⁊ ad hoc allegat Jo.an.in.c.cum in positionibus.de iureiu.lib.vj.in nouel. Quinimo fortius ibi dixit do.Ant.de but.ꝙ forte posset dici ꝙ dato ꝙ iurauerit plenã dicere veritatem, posset illam reuocare: quia iurat plenã dicere veritatẽ de eo qd scit: si ergo probabili errore facti deceptus sit in eo qd cõfitetur ex hoc non est periurus iurans falsum. Non ob.d.c.dilecti. quia dicit ibi ꝙ illa non probabat errorẽ probabilẽ: ⁊ certe ista sunt menti tenẽda: quia cõmuniter isti malefactores cõfitẽtur dato primo sibi iuramẽto per officiales: ⁊ vide doct. maxime do.Ant.de bu.⁊ Abb.in.d.c.dilecti. an ista cõfessio iurata possit reuocari, adde que.j.allegabo. Adde not. per Bal.in.l.j.C.de confes.in pe.col. quomodo isti malefactores reuocant confessionẽ suam ne subijciantur tormentis qñ corã alio iudice cõfessi sunt. Ego non dubito ꝙ semper cõfessio potest reuocari probando contrariũ, loquor in criminalibus, qꝛ ad defensam semper probationes ⁊ quandocunqȝ debẽt recipi ne innocẽs indebite puniatur, per.l. diui fratres.ff.de pe.etiam si sententia esset lata. Intelligo predicta dũmodo calumniose ista non fiant, per ea que no.
ipsorum esse nō desinit nec eorum formam dicitur immuta-
re ac nouus alueus qui ex accidēti processu agrū occupans
alienum si relinquat eundem:tunc agri occupati priorē for-
mam nō immutat:vt arg.ff.de acquirē.re.do.l.adeo.§.qꝺ si
in vno.ꝛ institu.de re.diui.§.insula.ꝛ ideo magis intuenda
sunt que naturalia sunt ꝙ̃ que ex accidēti cōtingūt. ℭ Ter-
tia ratio:quia quoties duo diuersa iura occurrūt aliqua pri
uilegiata ꝛ aliqua nō semper iure priuilegiati est tam habē-
da ratio ꝙ̃ intuenda:vt.ff.de reg.iur.l.in omnibus causis.ꝛ
C.qui pot.in pig.ha.l.assiduis.§.j.de pecu.l.sed ex facto.§.j.
ꝛ ideo iudex debet delectari potius in odore ꝛ suauitate bo
ne fame ꝙ̃ credulitate male opiniōis ꝛ fame.argu.extra de
accu.c.licet.in fi.ꝛ de purga.cano.c.cum in iuuētute.ꝛ qꝛ in
premisso dubio iudex potius esse debet promptior ad bonū
ꝙ̃ ad malum:vt.ff.de pe.l.si de interpretatione. ℭ Quarta
ratio qꝛ debet prepōderare priuilegiū bone opi.ꝛ fame pri-
uilegio male opinionis ꝛ fame duplici ratione,vna intrinse
ca ꝙ̃ quis habet primordialiter a natura,alia extrinseca ꝙ̃
hic Titius sibi acquisiuit tam ex bonis moribus sue terre
ꝙ̃ ex sua cōuersatione laudabili:vt in corpore aut̃.de mona.
§.cogitandum.ꝛ.ff.de iniur.l.item apud labeonem.§.idē ait
aduersus.Et quibus rationibus coniectura preteritorū ca
pitur circa futura cū ex trāsacta vita sciatur qualis debeat
in futurum presumi:vt.ff.de accu.l.si cui.§.ijsdem.ꝛ.ff.de re
mili.l.nō omnes.§.a barbaris.At talis infamia vna tātum
nititur ratione,scꝫ testium probatiōe:vnde cum pro fama ꝛ
bona opi.due faciant rationes:sed pro infamia vna tantum
merito debet bone fame priuilegiū infamie preualere:qꝛ re-
gulariter due rationes vincunt vnam:vt in aut̃.de consan.
ꝛ vte.fra.§.hi.col.vij.ꝛ.C.de iur.ꝛ fac.ignorā.l.j. ℭ Quinta
ratio qꝛ opin.ꝛ bona fama fauorabilis est cū per eā quis ad
honores ꝛ dignitates admittatur:vt.C.de digni.l.ij.at infa
mia in se odium continet:quia per eam quis pena plectitur
cū infamia facti quem a dignitate repellat:vt.ff.de decur.l.
j.§.spurios.ꝛ.C.de digni.l.iudices.ꝛ.l.ij.Et etiā cū iure infa
mia a publicis actibꝰ quē repellat:vt.ff.de test.l.iij.§.lege iu.
ꝛ.ff.de accu.l.qui accusare.ꝛ ideo restringi debēt.ar.ff.de li-
be.ꝛ posthu.l.cum quidam.ꝛ.ff.de in ius vocā.l.quesitum.ꝛ
l.sed si hac.§.fi. ℭ Sexta ratio qꝛ sicut probatio male fame
habet inducere qualēqualē p̃sum.cōtra istū:vt.C.ne de sta.
defun.l.si maritus.ꝛ extra de presump.c.illud.ita probatio
bone opinionis ꝛ fame habet ꝓ ipso ꝛ in eius fauorē p̃sum-
ptionem inducere.Sane quidem hec presumptio habet tol-
lere primam presumptionē cum posterior presumptio amo-
ueat precedētem:vt.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filiū.
in fi.ꝛ.ff.de in integ.restitu.l.diuus.ꝛ.C.de adulter.l.hi qui.
his igitur rationibus nō potest questionibus subijci vel tor-
mentis obstante priuilegio bone fame:verum si dicta fama
coadiuuetur aliquo indicio vel rationabili adminiculo:tūc
credo qꝺ eo casu posset iudex questionibus inquirere cōtra
Titium supradictū:quia legitur vno modo quod fama con
sentiens,id est omnibus alijs assentiēs confirmat rē de qua
agitur ꝛ queritur fides:vt.ff.de testi.l.iij.ibi alias veluti cō-
sentiens

sentiens ꝛc. quia que per se nõ prosunt singula multa iuuãt:
16 vt. C. de proba. l. instrumẽta. ¶ †Sed que ꝛ qualia poterũt esse ista talia indicia quibus fama coadiuuet̃ vt possit quis questionib⁹ subijci ꝛ tormẽtis ꝛ certe hec omnia que sequũtur. ¶ Primũ indiciũ si probetur q᷒ iste Titius de crimine
a inculpatus extitit inimicus offensi: aut suorũ[a] vt sui intelligantur omnes qui admissi fuissent ad huiusmodi iniuriam prosequendã cum eorũ iniuria sua iniuria ꝛ dolor proprius habeatur: vt no. de his. ff. de accu. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. ff. de lib. causa. l. j. ꝛ. ij. Nã tunc ꝛ eo casu erit suspectus de crimine presumendus: q2 talis inimicitie qualitas causam suspicionis adducit: vt extra de accu. c. cum oportet. ꝛ. ff. de proba. l. idẽ. ꝛ. C. de testi. l. si quis. nã lex presumit de inimicis omne malũ. ff. de questio. l. j. §. preterea. ꝛ ideo lex dicit q᷒ accusator nõ cogitur facere ambasiatã ad amicũ accusati quasi amicus accusati incipiat esse inimicus accusatoris: vt. ff. de legi. l. sciendum. ꝛ eadẽ ratione repellit̃ testis a testimonio ferẽdo: vt in
17 auf. de test. §. q2 vero. ¶ †Secundũ potest cognosci indiciũ si probetur q᷒ iste de crimine inculpatus contraxit conuersationem cũ inimicis occisi vel iniuriati vel amicitiã: aut q2 contra eundem occisum vel iniuriatum fuerat taliter versatus in alijs ꝛ cõuersabatur q᷒ credebatur esse inimicus potius q̃ amicus quod quidẽ potest ex varijs causis procedere: vt not. C. de reuo. do. l. fi. ꝛ. l. his sol. ꝛ arg. ff. de liber. ꝛ eorum libe. l. ij. Ex talibus enim intercedentibus crimẽ potest presumi ꝛ coniectura capitur quod in delinquẽdo fraudis inesset consilium: vnde non premio sed pena afficiendus est: vt. ff. de offi. prefec. vrb. l. j. §. cũ patronus. ꝛ. C. de inoffi. testa.
18 l. liberi. §. fina. ¶ †Tertium indicium adijcitur si appareat quod quis sciẽter malefactorem receperit in domo sua post maleficiũ perpetratum nulla etiam cum eo affinitate cõiun-
b ctus[b] cũ in isto casu nõ videat̃ minus delinquere q̃ ille qui tale crimen cõmisit: vt arg. C. de his qui latro. l. j. ꝛ. ff. de re-
19 cep. l. j. ꝛ de incen. rui. nau. l. ij. §. nõ tantum. ¶ †Quartũ indiciũ dicitur si is de crimine inculpatus aliud tale quid fecit quominus delinquens deprehensus ꝛ captus ad iudicẽ duceretur. Nã eo casu videretur conscius criminis ꝛ quod in delicto illo dolum cõmiserit: vt arg. ff. de custo. ꝛ exhi. re. l. fi. §. j. ꝛ de eo per quem. l. j. in princ. ꝛ. C. de fur. ꝛ ser. corrup.
c l. eos. imo etiã talis puniendus[c] erit. l. iul. de vi publi. ꝛ priua. vt arg. ad. l. iul. de vi pub. l. lege iul. ꝛ. ff. ad. l. iul. de vi pri-
20 ua. l. lege iul. ¶ †Quintũ indicium reperitur si cõstet q᷒ iste Titius de crimine inculpatus cõmisso crimine vna cũ ma-
d lefactore vel sine eo fugit[d] de loco criminis quo casu criminis cõmissi suspicione nõ caret: imo propter fugam seipsum accusare videt̃. arg. ff. ad silla. l. j. §. si quis ibi. si cũ dominus. ꝛ. l. si quis in graui. §. de his autẽ. ꝛ. ff. de suspec. tuto. l. impuberibus. §. j. ꝛ in auf. de exhib. ꝛ introdu. re. §. si vero. col. v. ꝛ. C. de asses. l. cõsiliarijs. ꝛ. C. de omni agro deser. l. locorũ. ibi ꝛ
21 si. ꝛc. ¶ †Sextũ indiciũ potest dici si probetur q᷒ de crimine inculpat⁹ fuit visus in domo itinere vel agro gladio euaginato cum occiso vel vulnerato. Nam ex hac cõiectura capi potest ꝛ colligi presumptio q᷒ fuerit dicti criminis conscius. argu. ad hoc. extra de presumpt. c. iij. ꝛ in corpore auf.
22 vt liceat matri ꝛ auie. §. his quoq3. col. vij. ¶ †Septimũ habetur indiciũ si probetur quod quis de crimine inculpatus fuerit inuentus deprehensus ꝛ captus ab aliquo ob crimẽ predictum. Qui sic captus confessus fuerit: licet extra iudi-
e cium[e] se ex illo crimine fore culpabilẽ: nam tale indiciũ operatur vt sit subijciẽdus questionibus ꝛ tormẽtis. argu. ff. de
23 adul. l. capite. iuxta fi. ¶ †Octauũ etiam describi potest indiciũ si probetur q᷒ inter occisum ꝛ vulneratũ ex vna parte ꝛ de crimine inculpatum ex altera extiterunt verba iniurio-
f sa[f] que fuerunt ad animũ reuocata aut quod hic de crimine inculpatus occiso vel vulnerato fuerit minatus paulo ante maleficiũ cõmissum forsan q᷒ traheret sibi vnã penam de ala vel q᷒ faceret eum tenere male caput vel quid simile. Nam ex talibus verbis ꝛ similibus antecedentibus ipsum crimẽ cõiecturari potest ꝛ presumptio denotari quod fraudem ꝛ dolum in delicto illo commiserit: ꝛ q̃ illa verba dixerit sua malignitate ꝛ animi prauitate. argu. ad hoc. ff. de bo. dam. l. cũ ratio. §. ex bonis. ibi fraudis ꝛc. ꝛ arg. ff. de ser. fugi. l. ex quodã iniuriãdi proposito. §. pe. ꝛ fi. ꝛ. C. de iniur. l. si nõ cõuitij. hec enim verba sic extra iudiciũ asseuerate prolata: licet preiudicium plenũ inferre non possint: tamẽ contra asseuerantem ꝛ proferẽtem indicium ꝛ presumptionẽ inducunt: vt. ff. de proba. l. quidam. ꝛ. l. fina. ꝛ not. C. de test. l. neq3 professio. ꝛ. ff. de proba. l. etiã. nam his modis animus ꝛ voluntas cuiusq3 declaratur. Et ideo dictũ est q᷒ nõ solũ ipsis rebus ꝛ factis quis propriam volũtatem declarat: vt. ff. de edili. edi. l. si tantũ. §. ei qui. ꝛ notari cõsueuit. ff. de legi. ꝛ consti. l. de quib⁹. imo etiã ex verbis prolatis intelligit̃ quis voluntatẽ propriã declarare ꝛ intrinseca sui cordis: q2 nõ intelligitur verbis exprimere q᷒ mente nõ agitauit: vt. ff. de sup. leg. l. labeo. ad fin. ꝛ q2 per acta ꝛ gesta extrinseca secreta cuiusq3 ꝛ animus declarant̃. arg. C. de testa. l. nõ codicillum. ꝛ ff. de legi. l. seruus pluriũ. §. fi. ꝛ. ff. de test. l. heredes palã. §. sed ꝛ si notã. Et in maleficijs spectat̃ cuiusq3 ꝓpositũ ꝛ volun-
24 tas: vt. ff. ad legẽ cor. de sica. l. diuus. ¶ †Nonũ potest cõnumerari indiciũ si probetur te sciuisse quem aduersus aliquẽ delinquẽtem quem potuisti quo minus delinqueretur pro-
g hibere ꝛ nõ prohibuisti:[g] nam tunc carere culpa eius criminis non videris: vt. ff. de reg. iur. l. culpa. ꝛ. l. nullũ. ꝛ extra de offi. ꝛ pote. iud. dele. c. j. Sed si ꝓhibere nõ potuisti venia dignus eris. Etenim si a morte potuisti hominẽ liberare ꝛ nõ liberasti occidisse videris: vt. ff. ad leg. aquil. l. sciẽtiã. in prin. ꝛ arg. ff. de noxa. l. in omnibus. ꝛ. l. in delictis. in prin. ꝛ. ff. ad l. cor. de sica. l. iij. §. is cui. ꝛ licet forsan talis nõ deberet eadẽ pena qua delinquens puniri: tamen est paulo minori pena multãdus: q2 carere nõ dicitur scrupulo societatis occulto qui manifesto facinori desinit obuiare: vt extra de homi. c. sicut dignũ. §. illi etiam. ꝛ. C. de cõmer. ꝛ mer. l. ij. ꝛ extra de sen. excom. c. quante. quod tamen sic non intelligas indistincte: sed intellige: vt not. s̃. de pe. §. item pone. quod ego vidi.
25 ¶ †Decimum colligitur indicium si probetur aliquẽ scire in certo loco malefactores vt derobarẽt vel occiderẽt trãseuntes vel narrauit ꝛ dixit dictis mercatoribus vt secũ irẽt vel transirent per dictum locum qui fuerũt derobati vulnerati vel occisi. Nã tale indicium operatur vt possit questionibus ꝛ tormentis subijci: q2 nõ solum causam criminis videtur prebuisse: sed etiam particeps est ꝛ noxius presumẽdus cũ teneatur pena. l. cor. de sicar. l. iij. §. alio senatus. ibi qui vt fal. ꝛc. ꝛ ar. ff. ad legẽ aquil. l. qui occidit. §. pe. ꝛ. ff. vi bo. rap. l. pe. §. si cum eo. ꝛ. l. sed si quis. ꝛ ideo in questionibus est habendus: q2 de his est questio habenda qui suspicione cedis consciẽtes videbunt̃: vt. ff. ad silla. l. j. §. occisorum. ibi tamen
26 si quis ꝛc. §. si quis in villa. ¶ †Vndecimum colligitur indicium quoties probatur per testes idoneos quod is contra quem inquiritur est homo male conditionis ꝛ fame que fama sumpsit originem non a maliuolis sed prouidis viris ꝛ discretis omni exceptione maioribus: ꝛ in altero de locis ex quibus rationabiliter potest fama procedere: vt no. s̃. vnde
27 ꝛ ex quo tẽpore possit fama procedere. ¶ †Duodecimũ indicium sumitur si iste de crimine inculpatus alias cõmisit aliud maleficium in personam dicti offensi vel etiam aliorũ: nam qui semel fuit malus semper presumitur malus: vt. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdẽ. ꝛ. C. de asses. l. nemo. ꝛ. C. ad. l. iul. de vi publi. l. seruos. ibi ꝛ hi qui bis ꝛc. Ex ꝓterito eñ vnoquoq3 facto futura metimur: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. a bar-
28 baris. ꝛ. l. seruorũ. §. ad hostes. †Sunt etiam alia multa[h] in-
h dicia contra delinquentes que quilibet curiosus lector ꝛ iudex bonus potest perpendere sm̃ varietatem personarum ꝛ qualitatem temporum factorum contingentium ꝛ locorũ diuersitatem vt de his no. in prima parte huius titu. vbi de presumptione est notatum. ¶ Quis autem sit indiciorũ predictorum effectus satis colligitur ex predictis ꝛ dicetur plenius in titu. proxime ꝛc. Bandinus.

a ¶ Suorũ. Adde qui veniãt appellatione suor. do. de ro. decis. cclx. q᷒ met. causa in antiquis. Et an veniat cõpater. vide Alexã. cõsi. xxxiiij. iij. lib. Ber.

b ¶ Cõiũct⁹. adde q᷒ cõiũctus etiã recipiẽs scienter delinquentẽ punitur sed mitius q̃ extraneus. ita Alex. cõsi. cxliiij. ij. lib. Ber.

c ¶ Puniendus. Adde Alex. cõsi. xxxv. ij. lib. Ce. pol. consilio. xiij. Ber.

d ¶ Fugit. Adde Alexã. cõsi. lxv. ꝛ lxxvij. iij. lib. Jo. de ana. consil. j. Oldr. consi. lxv. Ber.

e ¶ Extra iudiciũ. adde an cõfessio extraiudicialis sit sufficiẽs indiciũ ad torturam. vide Rom. cõsil. vij. Ber.

f ¶ Iniuriosa. ad de Alex. ɔsi. xiij. iij. lib. Ber.

g ¶ Prohibuisti. Adde dicẽdum de hoc vt ꝑ Roma. consi. xvij.

h ¶ Alia multa. adde vidẽda aliqua alia indicia per Roma. cõsil. vij. ꝛ cõsil. cccclj. Ber.

¶ De presumptionibus ꝛ indicijs indubitatis ex quibus condemnatio posset sequi. Rubrica.

1 ☞ Presumptiones ꝛ indicia indubitata que sint.
2 Occiso Titio in domo ignorato malefactore si publica vox ꝛ fama orta a fide dignis sit quod Seius tale homicidium commiserit et illius inimicum fuisse est probatum: necnon quod visus fuerit exire de illa domo gladio euaginato, in qua domo incontinenti repertus est Titius occisus quid erit faciendum.
3 Indicia indubitata vel documenta apertissima ex quibus possint ad cõdẽnationem procedi que ꝛ qualia dicũtur esse.
4 Indicium indubitatum primum est quando contra aliquẽ est presumptio iuris ꝛ de iure.
5 Indicium indubitatum secundũ est quando aliquis sponte in iudicio confessus est crimen vel in tormentis ꝛ perseuerauit ꝛc.
6 Indicium indubitatum tertium est quando constat aliquẽ dato precio transegisse super crimine pro quo sanguinis pena non ingeritur.
7 Indicium indubitatum quartum est quãdo crimen quod contra aliquem oritur est ita publicum vt merito possit no-

torium appellari.

8 Indicium indubitatum quintũ est quando propter euidentiam facti: nam si cõstat Titium eruisse oculum alteri statim colligitur quod sit atrox iniuria.

9 Indicium indubitatum quando officialis cuius officiũ est in inquirendo & puniendo delinquẽtem proprijs oculis intueretur.

10 Indicium indubitatum septimũ est, vt si sit camera habẽs tantum vnum introitum & aliquis visus est exire pallidus cum gladio sanguinolento in manu: & in illa camera reperitur homo recenter mortuus.

11 Indicium indubitatum est: pone q̃ occiditur quis in vinea de quo inculpatur Titius & contra quem sunt hec indicia: quia erat inimicus capitalis occisi. Itẽ fuit visus solus ambulare cum gladio & solus fugere de loco cũ gladio euaginato & est publica vox & fama quod homicidium cõmiserit.

12 Indicium indubitatum nonũ est: pone inculpatur Titius quod fecerit interficere Caium: primo erat capitalis inimicus Caij: & Titius erat prope locũ criminis quando fuit occisus: quo perpetrato receptauit homicidã qui erat domesticus Titij qui iactauerat se quod faceret occidi Caiũ & inter eos fuerant offense & orta publica vox & fama quod fecerat committi tale homicidium.

1 
Nunc restat † vt videam⁹ de presumptionib⁹ & indicijs indubitatis ex quibus condẽnatio possit sequi. Et circa presentẽ nostram materiã: primo intẽdo formare quãdã dubitabilẽ questionẽ que tota die de facto potest subsistere: & cõsequẽter inferam de p̃sumptionibus & in-
2 dicijs antedictis: & questio talis est. † Quidã nomine Titi⁹ in domo vel agro reperit̃ occisus vel vulneratus: de malefactore autẽ nõ cõstat aliter nisi q: quidã nomine Seius de dicto maleficio inculpat̃ cõtra hũc Seiũ. Ista probant̃ per testes idoneos omni exceptione maiores. Primo q̃d publica vox & fama orta est ab idoneis personis q̃d dictus Seius dictũ maleficiũ cõmisit. Secũdo q̃d ipse erat illius Titij capitalis inimic⁹. Tertio q̃d ille Seius visus fuit solus exire domum vel agrũ Titij cũ gladio euaginato in manu fugiens in qua domo vel agro ille Titius incõtinẽti repertus est occisus vulneratus. Modo querit̃ nunquid ista indicia simul iuncta vel mista sint & dici possint indicia indubitata ex quibus possit ad cõdemnationẽ p̃cedi. ¶ Et primo videt̃ posse dici quod sic triplici ratione. Prima q: sicut sufficit q̃ quis sit testibus superatus vel propria voce confessus ad hoc vt possit capitalis sentẽtia cõtra eum proferri: vt.C.de pe.l.qui sententiã.C.de epis.& cle.l.si quis.&.C.quorũ app.non reci.l.ij.ita eo.modo debebit ex dictis indicijs contra eũ repertis sentẽtia diffinitiua p̃ferri cũ talia indicia non respuant̃ a iure: vt.s̃.dictum est in ti.prece.& cum talia indicia non videatur continere minorẽ autoritatẽ & fidem probatam q̃ testes vel instrumẽta: vt.C.de p̃ba.l.ad probationes.&.C.de rei vẽ.l.indicia. Itẽ tam testes q̃ aperta indicia & manifesta equiparant̃ vt possit sequi sentẽtia diffinitiua: vt.C.de p̃ba.l.vlt. ¶ Secũda ratio: q: quoties circa idẽ plura auxilia eiusdem generis ex eodẽ facto descẽdẽtia simul cõmista iuncta con-
a currunt debent rem perficere & plenã probationem[a] adducere: vt.ff.de excu.tuto.l.ij.§.hoc amplius.& de appel.l.si q̃s separatim.§.j.&.C.qui nume.tute.l.vna fic.& a simili supradicta indicia simul cõiuncta plenã p̃bationẽ inducunt ideoq3 singula que nõ p̃sunt: tamen simul iuncta coadiuuant: vt in auf.de fi.instru.§.si vero additũ.&.§.si vero nullus.colũ.v.& insti.de here.insti.§.si plures.& extra de testi.c.preterea.&.C. de testa.l.scimus.& not.Accur.ff.de excu.tuto.l.ij.in fin.j.respon. ¶ Tertia ratio q: cum in qualibet ciuili causa regulariter due semiplene probationes faciũt vnam plenã & possit causa ciuilis per indicia & presumptiões p̃bari: vt extra de presump.c.ex literis.& arg.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filium.& notari consueuit.C.de reb.credi.l.in bone fidei.& de proba.l.etiam proprietatis.plus tamen valere debent et operari tria vel plura auxilia q̃ duo. Nam ratio consistit vt plus tribus q̃ duobus credatur: pluralitati enim standum est: vt.ff.de pac.l.maiorem.& de testi.l.ij.§.hec verba.&.C.de fideicõ.l.questionẽ.in fi. Ergo per locum a proportione maiori tria indicia seu tres semiplene probationes vnam plenã probationem poterunt operari. Alioquin facile & frequenter remanerent maleficia impunita quod in contrariũ magna ratio suadet: vt.ff.de pac.l.item si vnus.§.pacta.ff.de fideiusso.l.si a reo.§.id quod vulgo. ¶ Quarta ratio q: videmus quod duo vel plura imperfecta vnum perfectũ constituunt: vt.C.de agri.& censi.l.cum scimus.in prin. Quid plura reperitur in iure quod ipsa principalis causa criminalis per argumẽta & per presumptiones dignoscitur & terminatur quanq̃ liquido delictum probari non possit: vt.ff.de remili.l.non omnes.§.a barbaris.ibi.& si hoc liquide probari
b non possit argumentis[b]: tamen cognoscẽdum est & tamẽ ibi capitalis causa agebatur: vt constat per.l.eo.ti.desertorẽ.§.is qui.& facit ad hoc in auf.vt lic.ma.& auie.§.illud. ¶ Ecõtra videtur dicendum q̃d nõ possit quis ex dictis indicijs & presumptionibus diffinitiue damnari rationibus tribus. ¶ Prima q: cũ in ciuilibus questionibus maioribus vna libra auri nõ minor q̃ triũ testiũ exigatur p̃batio: vt in auf.de fide instru.§.oportet.&.§.hic dicimus.colũ.vj.& not.C.si cer.pet.l.si.multofortius in qualibet criminali causa due vel tres presumptiones: aut indicia plenam probationem non poterunt operari: sed erit maior numerus testium requirendus vt possit super crimine sentẽtia diffinitiua proferri maxime cum quelibet causa criminalis sit maior & censeat̃ qualibet pecuniaria quantũcunq3 sit magna: vt.ff.de pen.l.in seruorum.§.fi. Et licet in causa ciuili due semiplene probationes vt est fama publica & dictum vnius testis vnã plenã probationem adducant: vt.C.de proba.l.proprietatis.& arg.ff.de testi.l.iij.§.eiusdem.&.iiij.q.iij.§.item sepe.& extra de testib.c. preterea. Tamẽ in criminali causa ex dictis semiplenis pro-
c bationibus nõ erit quis diffinitiue damnandus[c]: q: in causa criminali probatiões debẽt esse apertissime: vt.C.de proba.l.fi. strictius enim in eis proceditur cum contra hominis salutẽ agatur: vt.C.de appel.l.addictos.& no.extra de testi.c.veniens. ¶ Secunda ratio: q: euidẽtia rei: licet habeatur pro quadam specie probata: vt.ff.fi.reg.l.si irruptione.§.fi.& C.eo.tit.l.iij.etiã cum manifestum & apertum indicium habeatur aliquem inueniri in crimine & fore detẽtum & captũ.argu.de fur.l.iij.cum.l.seq.& manifesta non indigent probatione: vt.ff.de do.prele.l.j.in fi.&.ff.de act.emp.& ven.l.exemplo.in fi.j.respõ. Tamẽ nõ debet quis talibus indicijs diffinitiue dãnari: q: nõ eoipso quod quis captus inuenitur de crimine poterit dãnari: nisi aliter de maleficio conuincatur: vt arg.ff.de rit.nup.l.palam.§.que in adulterio.vt.C.de defen.ciui.l.defensores. Et ideo si aliquis inueniatur pro qualicũq3 crimine captus ab aliquo qui corã pluribus testibus extra iudicium confiteatur illud crimen commisisse & quod occasione illius criminis captus sit quamuis ista tria cõtra istũ inueniant̃ probata, scilicet q̃d sit captus ob illud crimẽ: & q̃d sit cõfessus illud crimẽ cõmisisse: & q̃d ob id sit captus: tamen licet ista indicia videant̃ apparẽtia non debet ex illis solis indicijs iudex illum captum diffinitiue damnare: licet questionibus subijci possit & tormentis: vt not.ff.de adult.l.capite.in fi.& extra de iud.c.cum non ab homine. ¶ Potest etiã tertia ratio assignari quoniã ex testibus & instrumẽtis & ex indicijs indubitatis non autem ex presumptione est diffinitiua sentẽtia proferenda.C.de proba.l.fi.&.C.de accu.l.singuli. In ciuili autẽ secus, ideo q: in criminalibus causis maius periculum vertitur: ideo q: imminet periculum anime: vt in auf.vt iudi.sine quoquo suffrag.§.cogitatio.vnde maior est requirenda cautela: vt.C.de appel.l.addictos.&.C.de fal.l.vbi. Et in casibus dubijs & incertis p̃bationibus meli⁹ est facinus relinqui nocẽtis q̃ innocentẽ cõdẽnare: vt.ff.de pe.l.absentẽ.&.C.quo.appel.nõ reci.l.obseruare. Et quia in dubio pene sunt potius molliende q̃ exasperãde: vt.ff.de pe.l.interpretatione.&.l.si preses. Solu.videtur quod ex supradictis indicijs possit colligi tantum iuris presumptio cõtra predictum Seium dum colligitur probatum quod erat capitalis inimicus occisi vel vulnerati & q̃d visus fuit fugere cũ gladio de loco p̃fato: & q̃d publica vox & fama est &c. Sed quãuis in causa ciuili ex iuris tantũ p̃sumptione possit diffinitiua sequi sententia ex quo in cõtrarium non probat: vt.C. de proba.l.siue possidetis.&.ff.de do.inter vir.& vxo.l.quintus mutius. Tamẽ in criminali causa vel in causa questiõis predicte ex tali presumptione iuris tantũ nõ debebit vel poterit quis diffinitiue dãnari: q: in criminalib⁹ causis interuenire debet & requirunt̃ probatiões luce clariores: vt.C.de proba.l.vlti.de pe.l.qui sententiã.& de accusa.l.singuli.q̃d videtur ea ratione procedere: q: in causis criminalibus perspicacius est consilium adhibendum: quia ibi maius periculũ & detrimentum contingit: vt argu.d.l.addictos.&.ff.de ven.inspi.l.j.§.j. Et ideo ex predictis presumptionibus non poterit capitaliter condẽnari: q: quis ex presumptionibus & mẽdicatis suffragijs cõdẽnãdus nõ est: vt.ff.de pe.l.absentem.in prin.&.C.de accu.l.singuli.& not.do.Azo in summa.C.de pe.§.causa ac.ver.ij. Quod videt̃ ea ratione q: sancti⁹ est facinus

a ¶ Probationẽ. adde an in criminalibus diuersa genera probationum iungant̃ vt probent. Alexã. consi.xxiij.ij.lib. Rom.cõsil.xcij. Ber.

b ¶ Argumentis. Adde Ro.cõsil.ccccli.Ber.

c ¶ Damnãdus. Adde Old.cõsi.cxcij.Franc.are.consi.xiij.Ange.consi.iiij.Ber.

cinus nocētis impunitū relinqui ꝙ innocētē damnare:vt.ff. de pe.l.absentē.arg.ff.de requi.reis.l.j.j.respō.⁊ qꝛ in talibꝰ dubijs pene veniunt moliēde:vt.ff.de pe.l.interpretatione.⁊ ff.de reg.iur.l.vbi.§.fi.Sed licet ex ea sola ꝓbatione q̄ iuris est tātū aliqs nō debeat vel possit corporaliter diffinitiue dānari:tn̄ ex ea sola p̄sumptione q̄ iuris est ⁊ de iure:⁊ ex quolibet alio indicio indubitato poterit ꝯ aliquē diffinitiua formari snīa:qꝛ talis p̄sumptio que iuris est ⁊ de iure ꝓbationē aliquā in cōtrariū nō admittit cū legis dicaᷣ esse snīa:vt.C. de adul.l.hi qui.in auᷣ.vt lic.matri ⁊ auie.§.his quorū.coll. viij.⁊ no.do.Azo in summa.C.de adul.§.sed ⁊ p̄sumptiões. ¶ Itē ex quolibet indicio idubitato poterit diffinitiua formari snīa:vt.C.de ꝓba.l.vlti.⁊ merito:qꝛ illa.l.caueᷣ ꝙ accusatores eā rē hoc est illud crimē habēt ⁊ debēt in publicā notionem referre:vt possit diffinitiua sentētia ꝓferri qꝺ crimē idoneis testibꝰ sit munitū saltē duobus:qꝛ vbi numerꝰ testiū nō adijcitur duo sufficiūt:vt.ff.de test.l.vbi.⁊.ff.de ope.lib.l. j.vel qꝺ sit apertissimis documētis instructū.i.publicis scri. sic exponitur.ff.de cōtrahē.⁊ cōmit.stipu.l.optimā.⁊ in auᷣ. vt spō.lar.§.hic insuper.col.viij.vel qꝺ sit instructū ad ꝓba.
3 indicijs indubitatis ⁊ clarioribꝰ luce expedita.¶ †Sꝫ que ⁊ qualia dicunᷣ esse aptissima documēta vel indicia indubitata ex qbꝰ possit ad condēnationē ꝓcedi:⁊ quidē videᷣ dici posse qꝺ sit cōfessio alicuius in iudicio spōte facta ⁊ in actis curie redacta:qꝛ nedū ex testibus sed ex cōfessione in iudicio
a sponte facta[a] potest quis diffinitiue dānari[b]:vt.C.de cōfes.
b l.j.⁊ arg.C.quorū app.nō re.l.ij.ff.de custo.reo.l.si cōfessus. potest etiā esse apertissimū documentū ⁊ indubitatū indiciū quodlibet publicū instrumētū per qꝺ crimē ꝓbaᷣ ⁊ instruiᷣ fuisse cōmissum qꝺ accidit ⁊ frequēter quoties in aliquo instrumēto inueniᷣ ꝙ aliqs dato p̄cio assertiue est pactꝰ sup eo crimine ꝙ nō ingerit penā sanguinis quo casu illud se cōmi
c sisse cōfiteri videtur[c]:ideo erit pro cōuicto ⁊ ꝓ cōfesso habēdus:⁊ ideo puniēdus est:vt.ff.de bo.eo.qui ante sen.l.j.⁊.ij. ⁊.ff.de iur.fis.l.in fisci causis.⁊.ff.de his q not.infa.l.furti.§. pactis.⁊.l.qm̄.⁊.ff.de iur.fis.l.eius q.⁊.l.imꝑator.⁊ not.C.de ꝓba.l.vlt.dꝫ etiā crimē esse instructū indicijs indubitatis vt possit super eo ꝓferri diffinitiua sentētia de qbus indubita
4 tis indicijs multa possunt notari exēpla.¶ †Primū est indubitatū indiciū quoties cōtra aliquē est iuris ⁊ de iure presumptio:⁊ vt est in illo qui pretextu cōsanguinitatis excusauit se ab accusatiōe adulterij:⁊ postea inueniᷣ cōtraxisse ma
d trimoniū cū illa[d].Nā presumptio est ⁊ super hec est legis sentētia qꝺ omnino puniaᷣ:vt.C.de adult.l.q adulteriū.de qua p̄sumptione dixi.s̄.tit.pxi.⁊ dicā.j.qūo de malefi.cogno.qn̄
5 crimē est noto.¶ †Secūdū est indiciū indubitatū quādo cōstat ꝙ aliquis in iudicio de crimine sit sponte cōfessus vel in tormentis ⁊ ꝑseuerauit aut etiā sit de maleficio per idoneos testes cōuictus vel inueniᷣ ꝙ quis sit de crimine cōdēnatus que condēnatio trāsiuerit in vigorē rei iudicate:vt.ff.de pe. l.sentētiā.⁊.C.de epis.⁊ cle.l.si quis in hoc.⁊ arg.extra de co
6 habi.cleri.⁊ mul.c.vlti.¶ †Tertiū est quādo constat aliquē dato precio super eo crimine transegisse pro quo crimine pena sanguinis nō ingeriᷣ dixi.s̄.e.§.pōt etiā quo casu eoipso
7 sine alijs ꝓbationibꝰ pōt de crimine cōdēnari.¶ †Quartū habetur indiciū indubitatū quoties constat ꝙ crimē qꝺ aduersus aliquē oritur ita est publicū ⁊ manifestum vt merito possit ⁊ debeat notoriū appellari quo casu nec testes requirunᷣ nec etiā acta:vt extra de coha.cleri.⁊ mulie.c.tua nos. ⁊.c.nostra.⁊ arg.ff.de custo.⁊ exhi.re.l.si cōfessus.⁊.C.quoꝝ appel.non reci.l.obseruare.⁊ in tali notorio statur officialis
e simplici assertioni[e]:vt.iiij.q.iij.§.aliquādo.de quo plene di
8 cam.j.quomo.de malefi.cogno.quādo cri.est noto.¶ †Est etiā ⁊ quintū indubitatū indiciū propter euidētiā ⁊ qualitatem facti qꝺ accidit quādo cōstat aliquē eruisse oculū alicui. Nam ex hoc colligitur ꝙ iniuria illa fuit atrox:vt arg.ff.de fer.l.ij.in fi.vel quoties quis dixerit alicui vel fecit nō dicenda vel faciēda.nā ex hoc ⁊ qualitate facti huius apparet ꝙ dolo illā iniuriā dixerit vel fecerit:vt.C.de iniur.l.si nō cōuitij.⁊.C.ad legē Cor.de sica.l.j.aut quoties cōstat aliquē aliū occidisse vel vulnerasse vel cōtra eum gladiū traxisse.Nam ex tali euidētia facti apparet ꝙ dolo fecerit hec ⁊ ex sui animi prauitate:⁊ ideo puniēdus:vt arg.C.de sic.l.j.⁊.l.is qui.
9 ⁊ not.domi.Azo in summa eo.tit.§.occidere autē.¶ †Sextum vero indiciū indubitatū est ꝙ accidit ⁊ frequēter quoties iudex vel qs alius qui iurisdictioni preest alicuius ciuitatis castri vel ville cuius officiū nō consistit in denunciādo tātū:sed cōsistit in ingrēdo ⁊ puniēdo discurrit per ciuitatē villā vel castrū causa suū officiū explicandi ⁊ inuenit ⁊ videt aggressores vel aliquē aliqꝺ maleficiū cōmittentē aut arma portantē vetita vel de nocte euntem vel res vetitas deferentem cōtra interdicta ciuitatis.Nā ⁊ tunc tali casu satis dici potest ⁊ videᷣ istud fore tale indubitatū indiciū qꝺ ex eo solo nulla alia super eo crimine probatione reperta possit ipse iudex sentētiā diffinitiuā ꝓferre qꝛ illud crimē seu illud tale factū diciᷣ esse iudici nō vt priuato notoriū.arg.ff.fi.reg.l.si irruptione.§.fi.⁊.ff.de fer.l.ij.in fin.⁊ de offi.presi.l.illicitas.§. veritas.Satis enim diciᷣ ꝓbari crimē qꝺ sub oculis subijciᷣ iudicātis more iudiciario ingrētis cū oculorū inspectio habeatur pro quadā specie ꝓbationis ⁊c.nec his obstat ꝙ alˀs dicitur ⁊ no.C.de accu.ea quidē vbi diciᷣ denūciationi officialis nō esse credēdum:qꝛ hoc locū habet quādo officialis officiū solū in nunciādo cōsistit qꝺ dic plenius:vt not.s̄.qūo
10 per denūcia.de malefi.cogno.¶ †Ponitur ⁊ septimū indubitatum indiciū vt ecce est quedā camera habens tantū vnū introitum ⁊ exitū aliquis visus est exire dictam camerā pallidus cū gladio sanguinolēto in manu in qua camera inuētus est homo mortuus recenter:⁊ ita intelligitur.C.de proba.l.vlti.Nam palliditas est vnū indiciū siue trepidatio:vt arg.ff.de q̄stio.l.de minore.§.pe.⁊ aliud indiciū est gladius. Nam cōtra deportātes arma lex presumit omne malū:vt in auᷣ.de armis in pluribꝰ locis.⁊.C.vt armorū vsus ⁊c.l.j.lib. x.¶ Itē qꝺ gladius erat sanguinolētus est aliud indicium. In homine em̄ occiso gladius solet esse sanguinolētus ⁊ ex qualitate facti capiᷣ cōiectura:vt.ff.de do.inter vir.⁊ vxo.l. virū.⁊ qꝛ raro talia inueniunᷣ indicia subijciamus duo alia exēpla de indicijs indubitatis saluo tamē in pena imponen
11 da:vt.j.dicā in.§.ex predictis verior.¶ †Pone igiᷣ pro.viij. indicio indubitato:vtputa pone ꝙ aliquis occidiᷣ in vna vinea vel alio loco de quo inculpaᷣ Seius cōtra quē sunt hec indicia:valet ꝙ ipse erat inimicus capitalis occisi.¶ Itē ꝙ visus fuit solus ambulare cū gladio.¶ Itē ꝙ visus fuit solus fugere de dicto loco cū gladio euaginato.¶ Itē ꝙ publica vox ⁊ fama est ꝙ ipse dictū homicidiū cōmisit:⁊ sic in
12 tellige.d.l.fi.C.de ꝓba.¶ †Poniᷣ ⁊ nonū exemplū ecce inculpaᷣ Seius ꝙ Titiū fecit occidi,cōtra Seiū ista probanᷣ. Primo qꝺ erat capitalis inimicus Titij.Itē qꝺ ille Seius erat ꝓpe locū illū tēpore quo factū fuit homicidiū predictū. ¶ Itē ꝙ ipse perpetrato dicto homicidio receptauit homicidā.¶ Itē ꝙ homicida erat domesticus dicti Seij.¶ Itē qꝺ ille Seius iactauit se qꝺ illū Titiū faceret occidi:⁊ est de hoc verisimile ꝙ faceret.¶ Item qꝺ olim alique offense fuerūt inter predictos.¶ Item ꝙ publica vox ⁊ fama est ꝙ dictum homicidiū fecit cōmitti hec omnia simul iuncta vidēntur esse indubitata indicia ꝙ ille Seius fecerit committi homicidiū supradictū.Ex predictis vero indicijs tribus s̄.pxime dictis:vꝫ.vij.viij.ix.scripsit do.Tho.de piperata posse ad cōdēnationē procedi dicēs sic intelligi.l.vlti.C.de proba. tanꝙ̄ ex indubitatis indicijs.¶ Non ob.l.ff.de pe.absentē. vbi ex presumptionibus nemo dānandus existit sed omnes sapiētes quos Bon̄.vidi ⁊ alibi dicūt:⁊ etiā ita vidi de consuetudine obseruari ꝙ ꝓpter talia vel similia nō possit quis
f diffinitiue in personā dānari[f] rationibus ⁊ iuribus pro hac parte allegatis in.q.posita.s̄.eo.ti.§.q.talis est ⁊c.at si ex maleficio ex quo essent talia indicia deberet seq̄ pecuniaria pena habeat potestas arbitrium:alˀs nō posset locū habere qꝺ scripsit dictus do.Tho.⁊ qꝺ dicitur.d.l.vlti.C.de ꝓba.⁊ ita vidi sepius obseruari.Ratio est:qꝛ vbi maius periculū ⁊c. vt.s̄.in.d.q.not.Illud tamen in summa notandū est qꝺ omnia predicta indicia de quibus habetur mentio.s̄.eo.tit.per totū nō adeo indubitata dicuntur quin aduersus ea possit probari contrariū preterꝙ̄ in casu illo vbi est iuris ⁊ de iure presumptio contra aliquem de dicto delicto:vt notatur.s̄. quoniam nihil est adeo indubitatum quin quandam sollicitam dubitationem recipiat:vt in auᷣ.de tabel.§.si vero.col. iiij.⁊.C.quibus ad liber.procla.non licet.l.fin.⁊ not.extra de elec.c.bone memorie.§.licet. Gandi.

a ¶ Spōte facta. adde Pe.de ancha.consi.clxxij. Alex.consil.j.iij. lib.si tamē cōfessio non sit verisimilis nō poterit dānari:ita Pet. de ancha.consil. xxiij.⁊ Raph.cuma.consil.cliij. Ber.

b ¶ Dānari.adde Oldr.cōsil.cxcij. vbi dicit qꝺ Salamon nō voluit dānare mulierez de plagio.Item dānauerit ad restitutionē:⁊ eādē sententiam tenet Pau.de ca.cōsi. cxcvij.i p̄mo impressis.vbi dicit qꝺ propter dicta Gand.defendit quēdam a morte cōtra quē erāt indicia adeo vrgētia qꝺ humana mēs aliter credere non poterat:⁊ idē tenet Alexā. cōsi.xv.j.lib.⁊ cōsil.xiiij.iij.lib.Cepol.consil.xxxij. Ber.

c ¶ Videᷣ.Adde limitandū vt per Pau.de ca.cōsi. ccxix.in p̄mo impressis.Ber.

d ¶ Cū illa.Adde vt per Ro.consi. cccxvj.Ber.

e ¶ Assertiōi.adde vt per Franc. Are.consil.clxv. vbi dicit ꝙ nullū est maleficiuꝫ ita notoriū ꝙ nō possit habere aliquā excusationē.ber.

f ¶ Dānari.adde vidēdos doct.in cōsilijs alle.s̄.in verbo,etiam dānari.Ber.

## ¶ De rumore occulto ⁊ manifesto. Rubrica.

1 ☞ Rumor quid sit.
2 Fama quid sit.
3 Manifestum quid sit.
4 Occultum omnino ⁊ pene occultum quid sint.



St nunc videre de rumore
1 manifesto ⁊ occulto.†Et quidem rumor est particularis assertio ex incerto autore ⁊ ex sola suspiciōe proueniēs:vt extra de eo qui cogno.cōsan.vxo.sue.c.super eo.⁊ hic minꝰ

2 probat ꝙ fama. ¶ †Nam fama eſt cōmunis vicinie procla-
matio:vt.ṡ.de fa.no.rumor vero eſt cum pauci aliquid notū
publice dicūt vt dicitur ⁊ probat̃ in.d.c.ſuper eo.⁊ de iure-
3 iur.in.c.veniēs.prope fin. ¶ †Manifeſtum autē eſt publica
ſeu famoſa proclamatio ex certa ſciētia ⁊ ex certis autoribꝰ
proueniens ⁊ poteſt illud manifeſtū probari per multos au-
tores:non tamen per tot quot fiat notorium:vnde dicit.l.qđ
palam.i.manifeſte teſtari dicitur qui nō publicū heredē no-
minat:ſed nominat corā teſtibus qui ad ſolēnitatē ſufficiūt:
vt.ff.qui teſta.face.poſ.l.heredes palam.in prin.ſic ſumitur
4 rei manifeſtū.xi.q.iij.c.eorū qui.in fi. ¶ †Eſt autem omnino
occultū ⁊ pene occultū.Omnino occultū eſt qđ nulla ratio-
ne poteſt probari:vt extra vt eccl.benefi.c.vt noſtrū.in fi.vn-
de occulta ſoli Deo reuelantur.ij.q.v.cōſuluiſti.⁊ tale occul
tum vocatur ſecretū:vt extra de ſica.c.tua nos.in fin.ij.q.j.ſi
peccauerit.Eſt tamen aliquid quandoqꝫ occultū iudici qđ
debet ⁊ poteſt probari:vt.C.de appel.l.eos.§.ſi quis autem.
pene occultū dicitur qđ per paucos poteſt probari et quaſi
occultū:q̄ illud pauci ſciunt:puta duo vel tres:ita tamē qđ
poteſt probari.Nā ſecretū dicitur ꝙ ſit in preſentia quinqꝫ:
vt de pe.diſt.j.ver.ſi ſecreta vero non ſunt ⁊c. Bandi.

¶ Quomodo de maleficio cognoſcatur ⁊ quando crimen
notorium eſt. Rubrica.

1 ☞ Notorium preſumptionis quotuplex ſit.
2 Notorium preſumptionis quid ſit.
3 Notorium iuris quid ſit.
4 Notorium facti quid ſit.
5 Notorium facti quibus modis poſſit deprehēdi ſuper quo-
cunqꝫ crimine.
6 Notorium facti actu tranſeuntis quid ſit.
7 Notorium facti actu interpollati quid ſit.
8 Notorium facti actu permanentis quid ſit.
9 Notorium iudici ⁊ alijs quid operetur.
10 Notorium alijs tantum quid operetur.
11 Notorium alijs tantum quomodo per teſtes oſtendatur.
12 Notorium eſſe crimen quot teſtibus probetur.
13 Notorium fama:⁊ cōmunis opinio quomodo inter ſe dif-
ferant.
14 Fama non facit ius.



Idimus ſupra de fama et eius parti-
bus de preſumptionibus ⁊ indicijs:nūc vi
deamus qūo de maleficijs cognoſcit̃ ⁊ quā
do crimen eſt notoriū.[a] ¶ †Ad qđ ſciendū
1 eſt qđ aliud eſt notoriū preſumptiōis:aliud
eſt notorium iuris:aliud eſt notorium facti:et hic articulus
ſubdiuiditur:q̄ aliud eſt notoriū facti actu trāſeūtis:aliud
actu interpollati:aliud actu manētis.Item notorium facti
aliud eſt notorium alijs tantum ⁊ non iudici:aliud eſt noto-
rium iudici ⁊ non alijs:aliud eſt notorium iudici ⁊ alijs:de
quibus per ordinem videamus:⁊ poſtea ſubijciam quid te-
2 ſtes probare debeant ⁊ quot teſtes ſufficiāt. ¶ †Notorium
preſumptionis eſt euidentia iuris vehemētis preſumpta vt
eſt paternitas vel filiatio:vt eſt quādo maritus ⁊ vxor vocāt
aliquem infantem in ſuum filium:nā tunc eſt preſumptio iu
ris qđ ſit filius eorū:vt extra de proba.c.per tuas.⁊ qui filij
ſint legiti.c.trāſmiſſe.quia filius is eſt quem nuptie demon-
ſtrant:vt.ff.de in ius voc.l.q̄ ſemper.⁊.ff.de his qui ſunt ſui
vel alie.iur.l.filium.Itē cōſanguinitas eſt notoria iuris pre-
ſumptione vel etiā preſumptiue:vt extra de diuor.c.j.⁊ iſtā
probationem non exigunt:vt extra de probatio.c.euidētia.
3 ¶ †Notorium vero iuris eſt id crimen de quo quis cōdem-
natus eſt vel in iure confeſſus:vt in predicto.c.euidentia.ff.
de ſtatu homi.l.ingenuum.ff.de re iudi.l.⁊ res iudicata.dū-
modo in iure confeſſus perſeueret in ſua cōfeſſione facta ſi-
ne formidine tormentorum,alias autē non:vt.ff.de queſtio.
l.j.§.queſtio.Quidam autem dicere voluerunt ꝙ crimen qđ
non probatur fore commiſſum nunꝙ̄ per confeſſionem vel
per ſententiam poſſit fieri notorium:vt ſi quis falſo cōfitea-
tur ſe crimen de quo agitur commiſiſſe:vel ſi ſit quis cōdē-
natus de crimine qđ nunꝙ̄ cōmiſit:requirunt ergo dicti ſa-
pientes euidētiam facti que ſe ingerat hominibus loci vbi
cōmittitur:dic tamē ꝙ hec nō obſtat.Nā licet falſo quis cō-
fiteatur vel cōdēnet̃ inique:tamē per illā cōfeſſionē vel ſentē
tiam factā id habetur notoriū iuris donec contrariū oſtēda
tur:vt.C.de confeſ.l.j.⁊ extra eo.tit.c.fin.etiam ſententie ſta-
tur donec eius iniquitas detegatur:vt extra de re iudi.c.j.⁊
C.de appel.l.hi qui ad ciuilia.cū ſimi.⁊ extra de renun.c.in

a ¶ Notoriū.adde vt ꝑ Spe.⁊ Ioā.an.in ti.de noto.crimi.Alex.cōſi.cxvij.iiij.lib.do.Cardi.conſil.cxl.Abb.cōſil.xliij.late per do.preceptorē meum do.Hiero.torquatū eiꝰ ſingulari conſilio edito i fauorem Florētinorū cū excōmunicati fuerunt ex eo qđ ſuſpendi fecerāt vnū archiepiſcopum.vide etiam Fran.are.conſil.clxv.qui in eodē facto conſuluit. Ber.

preſentia.Et ita tale crimē habet̃ notoriū iuris non dico fa-
cti:⁊ cōtra ipſum probat̃ cōtrarium ſi in dubiū reuocetur ⁊
qs appellās audit̃:vt extra de app.c.romana.§.ſi autē.li.vj.
do.vero Mar.dixit ꝙ notoriū iuris etiā erat illud crimē ꝙ
per teſtes erat probatū:ita ꝙ ex eo poſſit cōdēnatio ſequi:vt
4 C.de proba.l.vlti.⁊.C.de re iud.l.geſta. ¶ †Notoriū vero fa
cti habetur id crimen in quo fama ſuū prebet adminiculū:⁊
ita ꝓteſtat̃ ipſa euidētia rei ꝙ ſe prebet ⁊ exhibet conſpectui
omnium hominū vel maioris partis alicuius loci:vt nulla
poſſit tergiuerſatiōe celari:vt extra de coha.cle.⁊ mu.c.tua.
⁊.c.noſtra.⁊.c.fin.⁊ de hoc ponit̃ exemplū.ī.eo.tit.§.notoriū
facti actu manētis ⁊c.vel dic etiā ꝙ notoriū facti eſt ꝙ com-
miſſum vel factū nō dubitat̃ a populo vel a maiori parte po
puli:vt dicit.d.Uber.de bobio vt ecce accuſatur Titius qđ
iacet cū Berta vxore Seij:quā ipſe tenet palā in domo men
ſa ⁊ lecto:⁊ palā cum ea vtitur ⁊ conuerſat̃:vt.ī.§.notoriū fa
cti.vnde dixit.d.Uber.qđ ſi quis aliquē in platea coram ho
minibus interfecit ꝙ illud crimē nō erit notoriū dicēs ꝙ po
teſt eſſe qđ hoc crimē nō cōſtat iudici:q̄ accuſatus coram eo
inficiatur ⁊ ſic fit res dubia:vt.C.qui.ad liber.procla.non li
5 cet.l.j. ¶ †Tamē dic ꝙ notoriū facti ſuꝑ quocunqꝫ crimine
pōt colligi ⁊ deprehēdi tribꝰ modis.Primo modo ex multi
tudine gentiū preſentiū tot:enim debēt eſſe preſentes quot:
eorū preſentia crimē faciat eſſe notoriū:nā paucorū preſentia
puta duorū vel triū vel quinqꝫ crimē nō facit eſſe notoriū:vt
ṡ.tit.pxi.§.pene occultū.licet duo ꝓbent eſſe notoriū:vt.ī.di
cetur.Super hoc articulo dixerūt quidā ꝙ requirit̃ notitia
totius vicinie ⁊ qđ omnes crimē fore cōmiſſum ꝓclamēt:vt
ij.q.j.ſcelus.Alij dixerūt ſufficere notitiam maioris partis
vicinie:vt extra de pur.cano.c.cōſtitutus.Alij dixerunt vt
dñs Io.ſufficere preſentiā.x.hominū:nā.x.homines faciūt
collegiū:vt.ff.de verb.ſig.l.nera.quod nihil eſt dicere:q̄ ea-
dem ratiōe ſufficerēt tres:vt extra de elec.c.noſti.tu vero di
cas ꝙ arbitrio iudi.cōmittit̃ quot homines faciant notoriū
cū hoc nō ſit in iure expſſum.arg.ff.de iur.deli.l.j.ff.de verb.
obli.l.cōtinuus.⁊ extra de offi.dele.c.de cauſis.Itē notoriū
facti deprehendit̃ ſecūdo loco ex qualitate loci vbi crimē ſit
cōmiſſum vtputa q̄ in loco publico:nā ſi in occulto non fie-
ret notoriū ſeu publicū:vt inſti.de iniur.§.atrox.⁊.ff.de pe.l.
aut facta.Tertio deprehēditur notorium facti ex temporis
qualitate vtputa ſi crimē fuerit de die cōmiſſum:q̄ ſi fuerit
cōmiſſum de nocte nō poſſunt homines ita bene videre vbi
lumē nō eſt:vt extra de offi.deleg.c.cōſuluit.⁊.ff.de pe.l.aut
6 facta.§.tempus. ¶ †Notoriū facti actu trāſeūtis dicitur qđ
ſemel ita notoriū factū fuit ꝙ nulla potuit tergiuerſatiōe ce-
lari:qđ tñ factū ex quo ita ſemel publice actū fuit reiteratio-
nem non habuit:⁊ hoc modo dicit̃ eſſe notoriū Chriſtū paſ-
ſum fuiſſe in Cruce.in.q.iiij.notādū.ſed hoc verum eſt ſi ijdē
homines viuerēt:alias autē nō eſt notoriū ſed eſt fama de fa
7 cto preterito. ¶ †Notoriū vero facti actu interpollat:dicit̃
qđ ſic ſit publice qđ tergiuerſatione celari non poteſt ꝙ qui-
dem ſepius iteratur nō tamen continue quale eſt crimē vſu-
rarij qđ nō continue ſed ſepius iteratur ⁊ quale eſt crimē qđ
in loco publico ⁊ in die ſub multoꝝ preſentia cōmittit̃:vt ex-
tra de vſu.c.cum tu manifeſtus.⁊ vt ex precedētibus patet.
8 ¶ †Notorium vero facti actu permanentis eſt crimē qđ ha
bet continuationem facti ſicut cū aliquis manifeſte in carce
re detinet̃ vel ſi quis tenet publice cōcubinā in domo menſa
⁊ lecto de quo notorio habemꝰ.extra de app.c.dilectꝰ filiꝰ.
9 ¶ †In qualibet autē ſpecie notorij puto ſm veriorē opi.ali-
ter diſtinguendū nā quedā ſunt notoria iudici ⁊ alijs:que-
dam vero alijs tantū ⁊ nō iudici in his que ſunt notoria iu-
dici ⁊ alijs:vt q̄ facta ſunt ꝓſente iudice ⁊ tot aliõs qui ſuffi-
ciant ad notoriū facti in hoc enim caſu iudex nō recuſat̃:vt
extra de appel.c.propoſuit.nec requirit̃ accuſator vel denū-
ciator nec datur libellus nec lis cōte.nec iuratur de calūnia
vel de veritate dicēda nec requirūtur teſtes vel aliqua pro-
batio:imo tunc ordinē iudiciorum nō ſeruare eſt ſm ordinē
iuris procedere citabit̃ criminoſus ad ſentētiā audiendā:vt
prefatis.c.tua nos.⁊.c.veſtra.⁊ extra de conſang.⁊ affi.c.qđ
vero.⁊ extra de purga.cano.c.cum dilectus.nec in hoc caſu
a ſententia lata poterit appellari:vt extra de appel.c.perue-
10 nit.⁊.c.conſuluit.⁊.c.cum ſpeciali. ¶ †Si vero ſit notorium
alijs tantū ⁊ nō iudici tūc officiales ſeu denūcians auditur
ſine inſcriptiōe:vt.C.de accu.l.ea quidē.⁊ in hoc notorio re-
quirit̃ ꝓbatio qđ ſit factū in loco publico de die ⁊ tot preſen
tibus qui faciant crimē eſſe notoriū:vt extra de vſu.c.bone.
§.licet.autē iudex tamē ſuper hoc notorio poteſt duplici via
procedere,ſcilꝫ per inquiſitionē ex officio ſuo vt inquirat an
dictū crimen ſit notorium vel etiā poteſt procedere alio hoc
crimen

crimen denunciāte ⁊ causam ꝓsequēte ⁊ ꝓbare volente hoc
crimē fore notoriū ⁊ quocūqȝ modo procedat nō est ordo iu
diciarius obseruādus, nec libellus dādus, nec litis cōtesta-
tio faciēda: reus vero potest interrogari an crimē cōmiserit
⁊ si negauerit possunt testes recipi sine alia lit. cōte. ⁊ iurare
de calū. seu de veritate: q2 in talibus iuris ordinē nō seruare
11 est eius ordinē peruertere: vt. s. ¶ †Testes vero qui sup hoc
notorio inducunt̄ duo debēt ƀm quosdā ꝓbare vt eoꝝ dictū
valeat. s. qꝺ viderunt crimē de quo testificat̄ cōmitti de die ⁊
in loco pub. ⁊ qꝺ tot homines erāt presentes qui videre simi
liter potuerunt ꝙ crimen notoriū factū fuit: aliter enim non
probarēt crimen esse notoriū nec ob eorū testiū dicta reꝰ esset
dānandus q2 si nō probaret̄ vel nō cōstaret crimē esse noto-
rium ꝑ cōsequēs sequēs lit. nō contest. ⁊ iuris ordine nō ser-
uato testificati forent qꝺ fieri nō debuit: vt extra vt lit. nō cō-
test. per totū. ⁊. C. de sen. ⁊ interlo. om. iudi. l. prolatā. ⁊ q2 con
tra non cōuictum ⁊ nō confessum ꝓcessum est: vt. ij. q. j. nos
in quēqȝ. ⁊. c. Deus omnipotens. Alij vero dicūt sufficere si
testes probant alterū de duobus, scȝ vel crimē fore notoriū
vel se vidisse illud cōmitti vtraqȝ tamē opinio potest saluari
prout no. d. Guil. durātis in Spec. sui operis dicens primā
opinionē posse locū habere quādo iudex probationibus no
torijs procedit ad petitionē alicuius: secūda vero quādo iu-
dex ex suo officio procedit querēdo an crimē sit notoriū: tūc
enim lit. nō contest. possunt recipi testes de qua etiā materia
12 not. s. qūo de malefi. cogno. per inquisi. ¶ †Ad probādum
autem qꝺ crimen sit notoriū sufficiunt duo vel tres testes: vt
ff. qui satis. cog. l. si vero. §. qui pro rei. ⁊ extra de elec. c. bone.
quo crimine probato qꝺ sit notoriū ⁊ pronūciato procedere
potest iudex de cetero sine solēnitate iuris: tanꝙ super noto-
rio crimine ⁊ hoc verum est nisi fuerit appellatū: q2 a pronū-
ciatione illa facta super notorio bene potest appellari. extra
13 de appel. romana. §. si autē. ¶ †In fi. autē huius tituli vidē
dum est que sit differētia inter notoriū ⁊ cōmunem opi. ⁊ fa-
mam. Nā cōmunis opi. est tantū de preteritis notoriū vero
de presentibus vel ꝓxime preteritis qꝺ potest facile probari
per testes de visu. Sed cōmunis opi. nō potest probari ꝑ te-
stes de visu. Itē differt cōmunis opi. a fama quia cōmunis
opi. facit ius: vt. C. de testa. l. j. ff. de offic. preto. l. barbarius. ⁊
C. de sen. ⁊ interlo. om. iudi. l. si arbitris. ⁊. C. de muni. l. si qs.
⁊. ff. de suppel. leg. l. ipsi. §. fi. ⁊. ff. de acq. here. l. si quis. §. pla-
14 ne. ¶ †Sed fama nō facit ius: statur tamen ei donec cōtra-
rium probetur ƀm op. d. Mar. de fano. ¶ Itē hic cōmunis
op. probat: ⁊ pro veritate accipitur, scilicet proborū ⁊ bono-
rum: vt. C. de epis. aud. aut. si preses. sed cōmunis opi. vilissi-
morū nō probat: vt. d. l. barbarius. de quibus etiā dic vt no.
s. qꝺ sit fama ad fi. vbi dixi qꝺ estimatio cōmunis opi. ⁊ pu-
blica fama in effectu sunt idē. ¶ Itē ꝙ statur probationi de
publica fama donec contrariū ostendatur: vt etiā not. s. qui
ad probationem fame possunt de iure admitti. Gandi.

## ¶ De citationibus faciendis. Rubrica.

1 ☞ Citari quemadmodū debeat inculpatus de crimine.
2 Citatio an semper debeat fieri ex parte iudicis.
3 Ambasiata nunquid possit nuncio per iudicem committi
die feriata.
4 Citatio ad domum rei vel accusati nunquid sufficiat.
5 Citatio vbi fieri debeat si reus tempore commissi delicti ha-
bitabat Padue: ⁊ quando agitur Padue de crimine habi-
tat Bononie.
6 Citatio facta Bononie per iudicem Padue: quomodo va
lebit retento themate preced. versi.
7 Banniti, exules, seu expulsi de terris suis an possint ibi con
ueniri pro delictis ante bānum aut expulsionē ibi cōmissis.
8 Citatio vbi fiet homicidio cōmisso regij per Parmensem:
qui postea Parmam adijt iudice regij volente hunc Par-
mensem citare.
9 Citatus retento themate superiori: si dicat non audere ire
regium propter timorem potētie inimicorum suorum quid
faciet iudex.
10 Citato aliquo vt personaliter occasiōe alicuius maleficij cō
pareat, si sit in casu in quo potest per procuratorem compa-
rere: an mittendo procuratorem excusabitur.
11 Nuncio referente se aliquem de mandato iudicis citasse, an
ei credatur.



QUia quocunqȝ modo de male-
ficijs cognosca
tur debet reus citari videamus de citationibꝰ fa
ciendis. s. qūo fiant ⁊ quo loco ⁊ de eorū obserua-
1 tione. †Et quidē inculpatus de crimine debet citari[a] sicut
a fiunt citatiōes in causis ciuilibus vcȝ tribꝰ edictis vel vno
b pro omnibꝰ[b]: vt. ff. de iudi. l. ad perēptoriū. cū. l. seq. ⁊. C. qūo
⁊ qñ iud. l. cōsentaneū. ⁊. l. tres. ⁊ in aut. qui semel. ⁊. ff. de re
iud. l. cōtumacia. qꝺ autē citationes ita fiant in causis crimi
nalibus sicut fiunt in ciuilibus. dicūt iura. ff. de pen. l. absen-
tem. ⁊ de pub. iudi. l. in accusatore. ⁊. C. q accu. non pos. l. qui
2 crimē. ¶ †Et no. ꝙ citatio debet semꝑ fieri ex parte iudicis.
Nā not. ꝙ nullꝰ debet vel pōt detineri, vel est citādus vel ex-
hibēdus, nisi ille quē iudex ꝑcipit. C. de custo. ⁊ exhi. re. l. nul
lus. ⁊. l. neminē. ⁊. C. qui accu. nō pos. l. qui crimē. hoc tñ ꝙ di
ctū est qꝺ nullus pōt detineri ⁊ exhiberi corā iudice: nisi ꝑce-
pto iudicis: fallit in casibꝰ in qbꝰ sine licētia iudicis pōt deti
neri ⁊ exhiberi coram iudice: vt in falso monetario: vt. C. de
fal. mo. l. vna. in desertore militie. publico latrone, raptore
virginis: vt. C. qñ lic. se sine iudi. vindi. l. j. ⁊. ij. C. de rap. vir. l.
vna. ⁊. C. de epis. ⁊ cleri. l. raptores. ⁊ forte idē in fure: vt. ff. de
furt. l. interdū. §. qui furē. ⁊. ff. ad. l. aquil. l. itaqȝ. ⁊. ff. ad. l. cor.
de sic. l. furē. Id forte in debitore meo ex cā maleficij fugiēte
c ꝙ possum eū capere ⁊ ducere corā[c] iudice vinctū: lȝ non pos-
sim eū occidere: vt. ff. de his q̄ in frau. cre. l. ait ꝑtor. §. si debi-
3 torē. ¶ †Sed q̄ro nūqd ambasiata possit nūcio cōmitti ꝑ iu
d dicē in die feriata videt̄ ꝙ sic[d] q2 officiū iudicis latissimū est:
vt. ff. de iur. om. iu. l. j. ⁊ facit valere ꝙ al's nō valeret: vt. ff. qꝺ
cū fal. tut. l. j. §. autē. ¶ Itē q2 refert qualiter ⁊ a quo denun
cietur. ff. de pet. here. l. itē. §. a quo. ⁊. ff. de here. insti. l. mulier.
¶ Itē sufficit qualitercūqȝ innotescat: vt. ff. de admi. tuto. l.
pater. §. ij. Sol. dic ƀm. d. Gui. de suza. ꝙ talis impositio fa-
cta vel ambasiata nō valet: vt. C. de fer. l. dies festos. ¶ Itē
q2 talis impositio dicit̄ sentētia: vt. C. de epis. ⁊ cle. l. cū cleri. ⁊
ideo ille qui non fuerit citatus impune iudicio non parebit.
4 ¶ †Sed nūquid sufficit si citatio facta fuerit ad domū[e] rei
e vel accusati: videt̄ ꝙ sic: vt. ff. de dā. infec. l. dies. §. pretor. ⁊. ff.
de excu. tut. l. scire. ⁊. ff. qꝺ vi aut clā. l. aut qui aliter. §. ij. in fi.
⁊. C. de anna. excep. l. vt ꝑfectius. ⁊ pro ⁊ cōtra est. ar. ff. q̄ sen.
sine ap. rescin. l. j. §. itē. nā cū talis citatio ad domū facta suffi
ciat in ciuilibꝰ: ergo sufficit in criminalibꝰ cū ita qs citet̄ in
vno sicut citat̄ in alio: vt. s. dictū est. ¶ Sȝ ego nō puto suffi
cere ꝙ fiat citatio ad domū rei vel delati imo dico qꝺ illa ci-
tatio debet fieri vbi est ipse reꝰ sicut vt ipse sciat se citari nisi
per eū fieret quominꝰ ipse possit inueniri ⁊ citari ianua inꝙ
forte preclusa: vt. ff. qꝺ vi aut clā. l. vim facit. ⁊. ff. de euict. l. si
10 Accusatus de maleficio non comparuit propter quod fuit positus in banno centum librarum postea moritur, an bannum exigetur ab heredibus illius.
11 Bannitus de ciuitate Bonoñ. pro maleficio, an possit pro alio maleficio accusari ⁊ poni in alio banno.
12 Statuto dicẽte ꝙ banniti pro maleficio possint exire de banno si pacem habuerint ⁊ soluant libras centum communi: si vniuersitas sit in bãno pro aliqua offensa facta Titio, quid agendum vt exeat de banno.
13 Statuto dicente quod bannitus pro maleficio impune possit offendi: si Titius sit rogatus quod veniat ad soluendum condemnationem librarum centum de eo factam, ⁊ non venit, propter quod fuit positus in banno ⁊ descriptus in libro bannitorũ pro maleficio: queritur si talis bannitus possit impune offendi.
14 Bannum Titij qui non comparuit ad satisdandum de condemnatione soluenda: si cõtineat quod sit in banno centum librarum, ⁊ a quocunq; possit offendi impune, an poterit offendi impune.
15 Statuto dicẽte quod banniti pro maleficio possint impune offendi, et illi intelligantur banniti qui reperiuntur scripti et non cancellati in libris ⁊c. si Titius vulnerauerit sacerdotem qui fuerat bannitus pro maleficio, a iudice laico, quid erit.
16 Statuto stante, vt. s. ⁊ qđ illi qui nullus prestet auxilium, vel fauorem sub certa pena: si quis pro tali bannito alleget causas absentie vel associet eum, an incurrat penam.
17 Bannitum fugere faciens quomodo puniendus sit.
18 Statuto dicente quod nulla vniuersitas alicuius castri vel ville debeat retinere vel receptare bannitum pro maleficio, vel pro auere, id est post deuetationem creditorum sub certa pena communi soluenda ⁊ creditoribus: si bannitus debito prosteterit per vnam ⁊ duabus noctibus in aliqua villa, tenebitur ⁊c. ad penam ⁊c.
19 Statuto dicente quod bannitus pro maleficio possit impune occidi, si bannitus dum captus ⁊ ligatus per beroarios duceretur ad curiam, fuit per alium interfectus, an potuerit impune occidi.
20 Statuto dicente vt. s. si bannitus dedit fideiussores de soluendo vel soluit, ⁊ bannum non sit cancellatum, ac interim occidatur, an potuit impune offendi.



Quia vidimus de prima parte rubrice, nunc videamus de secũda, scilicet de
4 bannitis pro maleficio. ¶ † Et circa hanc materiam not. ꝙ dictos bannitos equipa-
c ramus[c] relegatis si fuerint banniti pro maleficio pro quo imponatur pena relegationis. Si autem fuerint banniti pro maleficio pro quo imponatur pena deportationis, eos equiparamus deportatis: vt not. Accur. institu.
5 qui. mo. ius pat. po. sol. §. deportati. ¶ † Sed pone contineri statuto ciuitatis ꝙ banniti pro maleficio impune possint offendi: ⁊ specialiter qđ possint occidi queritur an valeat tale statutũ: ⁊ primo videtur ꝙ tanq̃ factum contra ius diuinũ. Continetur enim in diuina scriptura, non occides: non mechaberis. Et ius diuinum qđ est excellẽtius non debet posse tolli per dictum statutũ, vel per ius ciuitatis qđ est debilius. Nam par in parem non habet imperiũ. multominus minor in maiorem: vt. ff. de arbi. l. nam ⁊ magistratus. ⁊ ff. de mino. l. etiam. preterea tale statutũ est contra ius gentiũ, ⁊ naturali instinctu introductũ, vt vnus homo alij non insidietur: vt. ff. de iust. ⁊ iur. l. vt vim. ⁊ ius ciuile qđ est mutabile mutare vel tollere nõ potest ius naturale vel gentiũ qđ est immutabile: vt insti. de iur. natu. gen. vel ciui. §. sed naturalia. E contra videtur ꝙ statutum tale valeat ⁊ teneat de iure: quia absolute concessum est cuilibet ciuitati iura posse condere inter suos: vt. ff. de iust. ⁊ iur. l. omnes populi. nec distinguit que statuta possint cõdere, ⁊ que non: ergo nec nos debemus distinguere: vt. ff. de publi. l. de precio. ⁊ ff. ad silla. l. si quis in graui. §. ad causam. nec mirũ. Nam cum Imperator concesserit vnicuiq; ciuita. posse condere iura inter suos: vt dicta. l. omnes. ipse Imperator eam legem facere videtur: vt. C. vbi ⁊ apud quem co. re. po. agi. l. fi. ⁊ ipse Imperator dicit, omnia enim merito nostra facimus, quibus nostra impartit̃ autoritas: vt. C. de vete. iur. enu. l. ij. §. ⁊ ideo. Quid plura ipse etiã Imperator cõcedit quosdam homines impune posse occidi variis de causis: vt. ff. ad le. cor. l. iij. §. transfugas. ⁊ C. de adul. l. gracchus. ⁊ C. quan. lic. vnicui. se sine iudic. vin. l. j. ⁊ C. de his qui ad eccle. confug. l. iij. ⁊ l. raptores. C. de rap. vir. Sol.
d dico ꝙ valet[d] statutũ, quoniam bene verum est ꝙ iure diuino ⁊ gentium non licet hominem occidere, qđ tamen verum est nisi ex causa licita hoc fiat: vt permittẽte iure generali vel particulari positiuo, nam tunc licet: ⁊ qđ lege permittente factum est non prestolatur penam: vt dicta. l. gracchus. ⁊ C. de
6 his qui ve. eta. impe. l. j. ¶ † Item pone questionem que fuit de facto in ciuitate Lucana dum officio appel. preessem ibidem statutum est quod bãniti pro maleficio impune possint offendi:

offendi: quidam vero bãnitus pro maleficio ex tali causa ex
qua in sanguine damnari nõ poterat, extiterat occisus: que-
rebatur an ille bãnitus occidi potuerit sine pena. dic de hac
questione, vt plene not. ĩ. sub rub. de multis questioib. pen-
den. a statu. in fin. ⁊ illa questio commodius sub hac rubrica
7 poterat collocari. ¶ † Item pone, statutum est in ciuitate ꝙ
banniti pro maleficio impune possint offendi: procurator ve-
ro alicuius banniti erat in causa coram potestate, ⁊ dicebat
ipsum bannum fore nullum ipso iure. Medio vero tempo-
re iste bannitus est occisus vel offensus: queritur nũquid li-
cite potuerit occidi. Respõ. distinguen. quod aut illud ban-
num dicitur esse nullum per modum appellationis, aut alio
modo. Primo casu non habetur pro bannito: vt. C. si pend.
ap. l. j. ⁊. ff. ad turp. l. j. in fi. ⁊. ff. nil noua. ap. pen. l. j. §. si quis. ⁊
ff. de pe. l. ij. in fi. Secundo vero casu, qꝛ habetur tũc interim
pro bãnito bene potuit occidi. ar. ff. de lib. cau. l. si cui. §. licet.
⁊. l. ordinata. ⁊. l. iij. §. si seruũ quem possidebã. ¶ Item si in
statuto dicatur ꝙ banniti possint impune offendi: nunquid
poterint occidi? dic vt plene not. ĩ. sub rubri. de mul. questio.
8 proueuien. ex statu. §. constat. in fi. ¶ † Sed retẽto eodẽ the-
mate pone ꝙ ego interfeci bannitũ intra tempora, intra que
de iure potuit appellari, queritur nunquid ego sum punien-
dus? videt̃ ꝙ sic: qꝛ intra. x. dies nulla est exactio faciẽda. ff.
nil no. app. l. j. vbi de hoc not. ¶ Itẽ per appellationẽ reuo-
cant̃ innouata post sentẽtiam intra. x. dies. extra de appel. c.
non solũ. lib. vj. ¶ Tu tamen dic cõtra quoniã ante appella-
tionẽ intra. x. dies dicit̃ sentẽtia ⁊ res iudicata: vt. ff. de re iu.
l. j. vbi de hoc no. Accur. ⁊. ff. nil no. ap. pen. l. j. ⁊ rei iudicate
sortit̃ effectũ sentẽtia lata etiam ante lapsum. x. dierũ: vt. ff. de
pe. l. qui vltimo. vbi de hoc no. Accur. ⁊. l. in seruoꝝ. §. qui ex
causa. ⁊. l. ij. §. j. ibi, damnatũ accipimus ⁊c. ff. de iniust. rupt.
⁊ irri. testamen. l. si quis. §. hi tamen. ⁊ sic intra. x. dies impu-
9 ne potuit occidi. ¶ † Sed quid dicemus si occisus fuerit ap-
pellatione pendẽte? Respon. ꝙ hoc casu teneor ac si occidis-
sem nõ bannitũ, qꝛ casus est. l. ff. nil no. ap. pen. l. j. §. j. ibi, neqꝫ
vllam aliam iniuriã patiat̃: ⁊ qꝛ per appellationẽ fingit̃ non
pronunciatũ: vt. ff. de col. dete. l. pe. ⁊. d. l. si quis. §. hi aũt. ⁊. ff.
ad tur. l. j. nam damnatũ accipimus rite condemnatũ: vt. ff.
10 de pe. l. ij. §. j. ¶ † Quero, quidã accusatus de maleficio non
nõ cõparuit, vnde positus fuit in bãno centũ librarũ, ⁊ post-
ea bãnitus decessit, an illud bannũ possit exigi ab ipsius he-
redibus? ⁊ videt̃ ꝙ sic: qꝛ illud bannũ est loco cuiusdã mulcte
que debet fisco applicari, nec expedit super banno lit. conte.
cum quo enim contestaret̃ non video: ⁊ talis sentẽtia dicitur
diffinitiua cum ab ea possit appellari, qđ non est ab interlo-
cutoria: vt. ff. an per ali. cau. app. l. vna. est enim pecuniaria ⁊
per se patet: ergo ex ea oritur actio in factũ: vt. ff. si quis ius
di. l. j. in prin. ⁊ ita est ex quasi cõtractu, qꝛ in iudicio quasi cõ
trahit̃: vt. ff. de pec. l. licet. §. idem scribit. Nam iudicati actio
ex cõtractu, vel quasi contractu transit in heredem: vt. ff. de
acti. ⁊ obli. l. ex cõtractibus. quare hoc bannũ potest peti ab
herede. Preterea iurauit potestas bannũ ⁊ condẽnauit exi-
gere, quare videtur esse periurus nisi exigat, vnde in tali du-
bio exigere debet: simile ad le. iul. repe. l. fi. si dicas hoc iudex
non dixit condẽno, quia tunc planũ esset: vt. ff. si quis in ius
a voc. l. ij. sed dixit pono eum in banno[a], ⁊ non exeat nisi centũ
solutis, ⁊ non processit vltra iudex dicẽdo sit bãnitus vt non
recurrendũ est tunc ad interpretationẽ iudicis: vt. ff. de ver.
obli. l. in conuẽtionalibus. ⁊. l. inter stipu. §. iij. Econtra vide-
tur: vt. C. ne ex delic. defun. l. j. ⁊. ff. si quis adie. fal. cau. test. l. si
quis sub cõditione. ⁊. ff. de reb. dub. l. cum principalem. ⁊ ex-
presse si quis ius di. nõ ob. l. j. in fi. ¶ Solu. Dic ꝙ exigi non
possit per. l. j. in fi. ff. si quis ius dic. nõ ob. ⁊ dic ꝙ regulariter
actio in factũ que oritur ex cõtractu vel quasi transit ad he-
redem, sed casus specialis est vbi nõ transit: vt. ff. de actio. ⁊
obli. l. in honorarijs. ⁊ ita hic erit etiã casus specialis. ¶ Itẽ
11 pone † aliquem fore bannitũ de ciuitate Bonoñ. pro malefi-
cio: modo querit̃ nunquid iste bannitus possit pro alio male
ficio accusari ⁊ poni in banno? ⁊ videt̃ ꝙ non ex eo, quia per
dictũ bannũ perdidit domiciliũ Bono. vbi nunc accusatur:
vt. ff. ad munic. l. ei qui. §. fi. ¶ Sol. do. Dy. dicit ꝙ si iste ban
nitus per istũ bannũ seu relegationem perdidit domiciliũ ꝙ
Bono. habebat ratione incolatus ꝙ tũc non potest iterũ ac-
cusari. Si autẽ perdidit ꝙ ipse habebat ratione originis ꝙ
tunc bene possit iterũ accusari: qꝛ iste bannitus hoc casu non
perdidit domiciliũ. ⁊ iste est casus ⁊ glo. simul miscẽdo. d. l. ei
qui. §. fi. est tamen arg. ꝙ bãnitus de alio delicto accusari nõ
posset: vt. ff. de adul. l. adulteriũ. tamen contra est, qꝛ ad mul-
tiplicationem delictorũ non sequitur diminutio penarũ: sed
ecõtra multiplicationẽ delictorũ sequitur multiplicatio pe-
narum: vt. ff. de pri. delic. l. nonnunꝗ̃. ⁊. ff. de lib. ho. exhi. l. iij.
§. si quis dolo. ⁊. ff. de peñ. l. aut dãna. ⁊. l. relegati. ⁊. C. de ser.
12 fugi. l. quicunqꝫ. ¶ † Item quid si in statuto contineatur ꝙ
banniti pro maleficio possunt exire de banno si pacẽ habue-
rint ⁊ soluãt libras centum cõmuni pro banno. Ecce vniuer-
sitas quedam est in banno pro offensa mihi facta, queritur
an sit necesse ꝙ omnes de vniuersitate singulariter habeant
pacem ⁊ centũ libras soluant cõmuni pro banno. Dic cum
fuerit tantum vnum factũ ꝙ sufficiat pacem redditam syn-
dico ⁊ quod soluat tantum centũ libras. arg. l. ff. qđ cuiusqꝫ
vni. no. l. ij. ibi, ꝙ non erit hoc dicendũ quasi a pluribus ⁊c.
13 ⁊. ff. de fideiuss. l. mortuo. ¶ † Item quero, statutũ est ꝙ ban-
nitus pro maleficio impune possit offendi, quidam fuit ro-
gatus qđ veniret ad soluendũ quandam condemnationem
libr. centũ de eo factam: ⁊ quia non venit positus fuit in ban
no ⁊ scriptus in numero bannitorũ pro maleficio: queritur
nunquid sit taliter bannitus qđ impune possit offendi: ⁊ pri-
mo videt̃ ꝙ sic, quia ille qui mandato iudicis non paret co-
ercetur a iure actu alia maleficia diuersimode coercẽtur: vt
ff. si quis ius di. nõ obtẽ. l. j. ⁊. ff. de re iudi. l. cõtumacia. addit
do. Dyn. super. l. j. de cri. stel. super hac questione, scꝫ an non
obedire iudici sit maleficiũ: ⁊ dicit, iam vidi questionẽ istã de
facto ⁊ dum essem aduocatus qđ non esset maleficiũ faciebã
predicta arguendo tamen succubui. In hac questione videt̃
distinguendũ aut citatus fuit inuentus: ita qđ constat ꝙ in
eius notitiã venit citatio, ⁊ tunc non veniendo satis dicitur
contẽnere iudicem, vt sic dolus sit expressus ipso facto: ⁊ per
consequẽs sit maleficiũ aut non fuit inuẽtus: ⁊ sic non cõstat
in eius venisse notitiã, ⁊ tunc non fuit dolus, sed culpa: ⁊ per
consequẽs quasi maleficiũ, per ea que dixi. s̃. C. de iudi. l. pro-
perandũ. sinautem reus non obst. ff. de eden. l. j. in fi. cum si.
quia sicut sunt diuersa contumacia: ita sunt earũ diuersi effe
ctus. ff. de app. l. creditor. §. iussus. ⁊. l. ex consensu. §. vlti. do.
Dy. preterea dicit lex ꝙ in quibuscũqꝫ causis vbi dolus ver
satur, ⁊ vbi deest nomen delicti qđ illud delictũ extraordina-
riũ dicit̃ ⁊ coercetur, ⁊ dicit̃ crimen stellionatus: vt. ff. de cri.
stel. l. stellio. vers. ⁊ vt generaliter. ⁊ patet ꝙ iste non parendo
iud. fuit in dolo: quia in dolo non caret qui non obtem. im-
perio magistratus: vt. ff. de re iud. l. non potest videri. ⁊. ff. de
re mil. l. iij. §. in bello. ⁊. ff. de dolo. l. si legatarius. preterea ma
leficiũ dici potest considerata prolatione verboꝝ qđ est male
facere. Nam male facit qui facit ꝙ lex prohibet: ⁊ qꝛ facit qđ
non debet facere, ⁊ omittit ea que facere debet: vt. ff. de reg.
iur. l. qui non facit. ⁊ est planũ qđ ibi non obedit iudici, facit
qđ facere non debet: ⁊ dolus a lege in non parẽdo presumit̃:
vt dicta. l. nõ potest. ¶ Ecõtra videtur ꝙ non parere iudici
vel contumacem esse, non est crimen vel delictũ: nam non est
aliqua lex que hoc dicat, ergo non est delictũ: vt. ff. de priua.
l. iij. §. fi. preterea obligationũ summa diuisio tradita est. insti
tu. de obli. §. sequens. cuius quarta diuisio ex maleficijs est,
⁊ in illa quarta specie nõ inuenitur qđ non obedire iudici sit
delictũ vel maleficiũ vel quasi: vt insti. de obli. q̃ ex quasi ma.
Preterea omnia maleficia siue iudicia tam publica ꝙ̃ priua
ta: tam ordinaria ꝙ̃ extraordinaria sunt descripta per ordi-
nem ⁊ sub cõpetentibus titu. in. ff. nouo, a tit. de priua. delic.
vsqꝫ ad tit. de app. ⁊ de hoc nil ibidem est repertũ. Preterea
ille tractatus de punienda cõtumacia non parẽtis iudici est
positus inter ciuiles trac. sub rub. ff. si quis ius di. non obtẽ.
⁊. ff. de re iud. l. contumacia. igitur maleficiũ dici non potest.
¶ Sol. do. Mar. de fano dicit hunc cõtumacem nõ haberi
b pro ban. pro maleficio[b] per iura proxi. alleg. Nec obst. qđ in-
ueniatur scriptus in libro bannitoꝝ, ⁊ in eorũ numero. Nam
propterea non habet̃ pro ban. pro maleficio sicut non habet̃
pro decurione quis ex eo solo qđ inueniat̃ scriptus in nume-
ro decurionũ ⁊ in eorũ matriculis, vbi al's non doceat solen-
niter se creatũ: vt. ff. de decur. l. herẽnius. Crimen enim est il-
lud qđ facit quem bannitũ pro maleficio non scriptura ban.
quid enim si ex aliqua ciuili causa inueniat̃ scriptus in libro
bannitorũ pro maleficio? certe non propterea erit bannitus
pro maleficio. aurea lex est ad hoc. ff. de cast. pec. l. si forte. ibi,
veritatẽ spectamus. ¶ Item non obst. ꝙ dolus videat̃ adhi
bitus in non parẽdo: nam non sequit̃ ꝙ ob hoc videatur cri-
men extraordinariũ: qꝛ non sequit̃ vbicũqꝫ est dolus adhibi-
tus vel presumptus, in non veniẽdo vel parẽdo qđ ꝓpterea
sit crimen vel maleficiũ: vt videmus in actione de dolo adhi
bito in cõtractu vbi agitur qñqꝫ actio de dolo: qñqꝫ actio ex
cõtractu. ¶ Itẽ non ob. qđ dicit̃ de ꝓlatione verbi, qꝛ s̃m ve
ram opi. nominis argumẽtatio siue allusio nõ facit plenã ꝓ-
bationẽ qđ sic sit prout verbũ sonat: sed ar. prebet qđ sit pro-
ut verbũ sonat: vt no. in. d. §. itẽ scripserũt. Nam si cõcederet̃

a ¶ In bãno. adđ Cep. consi. xl.

b ¶ Maleficio. adde ꝙ cõtumacia sit delictũ, tenuit Io. de ana. cõsi. xlviij. Pau. de ca. cõsi. cxciiij.

quodlibet maleficium esse maleficium seu crimen sequeretur
qđ ex qualibet ciuili causa posset agi criminaliter qđ falsum
est. Differentia est enim inter ciuilia iudicia ⁊ criminalia: vt
14 insti. de pu. iud. in prin. sed pone † cõtineri in banno dato illi
qui non cõparuit ad testificandũ, vel ad satisdandum de cõ-
demnatione soluenda, qđ sit in banno centũ libr. ⁊ ꝙ a quo-
cũqꝫ possit offendi impune. Quero nunquid in hoc casu iste
bannitus offendi possit impune. dic ꝙ sic: ẜm do. Franc. are.
quia iudex in hoc casu videtur iudicasse istud fore maleficiũ
imponendo penã tanꝗ̃ bannito pro maleficio: ⁊ ideo offen-
sor videtur excusatus cum iussus pretoris excuset: alias non
esset excusatus a sententia iudicis sicut nec rescriptũ princi-
pis non debeat aliquem decipere: vt. ff. de his qui not. infa.
l. furti. §. iussus. ⁊ C. de his qui ve. eta. impe. l. j. preterea qđ fa
ctum est ẜm sententiam quasi legitime videtur factũ: ⁊ maxi
me in sentẽtijs q̃ inter omnes preiudicant ⁊c. ¶ Item subij-
15 cio † questionẽ que potestati Senarũ contigit de facto: ⁊ de-
cem assessoribus qui ibi eramus, tunc me dante operam or-
dinationi presentis libelli. Statutũ est in illa ciuitate qđ ban
niti pro maleficio impune possint offendi, ⁊ quod illi intelli-
gantur banniti nomina quorũ reperiuntur scripta non can-
cellata in libris clauium dicte ciuitatis. accidit quod Guil.
⁊ Titius fratres ⁊ nepotes do. Enee de picholominibus in
campo fori cum spatis nudis ⁊ alijs armis insultauerũt do.
Landũ filium do. Pellacanis ⁊ Rayneriũ clericũ presbyte
rum ⁊ rectorem episcopalis ecclesie quem cõstabat fore ban
nitũ pro maleficio, ⁊ scriptũ in libris dictarũ clauium, ⁊ al's
fore remissum ad episcopũ pro alio maleficio tanquã clericũ.
Modo fuit in questione, an predicti deberent ⁊ possent pu-
niri per dictũ dominũ potestatem nõ obst. dicto banno cum
de illo insultu: ⁊ multis vulneribus illatis eidem ⁊ factis li-
quide constaret tam per testes ꝗ̃ per confessionem ipsorum.
Allegabant nanqꝫ dicti fratres dictũ bannũ, ⁊ qđ impune
potuerũt predicta cõmittere autoritate dicti statuti, licet cõ-
tra dicebatur qđ illud bannũ erat ipso iure nullũ. Et primo
videtur quod dicti fratres potuerunt de iure puniri ⁊ con-
demnari pro maleficio predicto. Nam cõstat quod clericus
non potest condẽnari per iudicem secularem: vt extra de iu-
dic. c. at si clerici. vbi nec cõfessio nec condẽnatio facta de cle
rico per iudicem secularem, nec coram eo preiudicat: vt. C. si
a non cõpe. iud. per totũ. C. de epi. ⁊ cle. auc. statuimus. vnde
illud bannũ debet haberi ac si nunꝗ̃ fuisset factũ cum nullũ
sit ipso iure, ⁊ quia statutũ respicit tantũ subditos: vt. l. cun-
ctos populos. C. de sum. tri. nam qđ per vnũ iudicem facien-
dum est, ⁊ si fiat per aliũ non valet. C. de decur. l. nemo iudex.
Nam non est recte factũ a iudice qđ ad officiũ suum non spe
ctat, vt dicit regula iuris. l. factũ. vnusquisqꝫ enim iudex de-
bet esse contẽtus iurisdictione sibi concessa ⁊ in alterius iu-
risdictionẽ se immiscere nõ debet: vt. C. de appel. l. apparito-
res. ⁊ C. de excep. vel exac. l. quicũqꝫ. ⁊ si secus fiat non valet:
vt. C. si a non cõp. iud. l. j. per totũ. ⁊ de legi. l. non dubiũ. ⁊ est
ratio, q𝑟 Deus ab initio dominationes ⁊ prelationes cõsti-
tuit vt vnusquisqꝫ sua iurisdictione contẽtus in alterius iu-
risdictionẽ se nõ immisceret: vt in auc. quo. opor. epis. in prin.
al's autem rerũ turbarentur officia: vt. C. de test. l. cõsulta di-
ualia. ⁊ facit etiã quia diuersorũ varia ⁊ separata deberi ra-
tio ⁊ censeri cõditio: vt. C. de do. inter vir. ⁊ vxo. l. si maritus
quondam. nam ⁊ cõdemnatũ accipimus rite condemnatũ:
vt. ff. de re iud. l. si se non obtulit. §. condemnatũ. ¶ Item ex-
heredatũ accipimus rite exheredatũ: vt. ff. de cõtratab. l. nõ
putauit. §. non queuis. ¶ Item testamentũ accipimus rite
confectũ: vt. ff. de ver. signi. l. Paulus. ⁊ ff. de pe. l. si quis ali-
quid. ⁊ ff. quẽad. test. aper. l. tabularũ. j. respõ. ita patet ꝙ de-
bet puniri. arg. ff. de pac. l. rei capitalis. ad fi. ⁊ ff. ad turp. l. j.
§. fi. C. de sta. defun. l. si pater. ⁊ facit. ff. de falsis. l. impuberẽ.
§. si enim seruo. ⁊ ff. de cri. expil. here. l. fi. vbi punit᷑ qui surri-
puit rem meã credens eam esse hereditariam. Econtra vide
tur qđ non puniat᷑: nam qualis sententia seu bannũ videtur
predictos excusare a pena: nam tale bannũ quo ad huiusmo
di impunitatem pro legitimo habet᷑, sicut ⁊ non iusta ⁊ non
legitima vxor habet᷑ pro legitima vxore ne de adulterio pu-
niat᷑ qui eam cognouerit si more vxoris ⁊ bone matrone vi-
uebat: vt. ff. ad le. iul. de adul. l. vxor. j. respõ. ⁊ facit op. ff. loca.
⁊ conduc. l. si ignorante. ⁊ ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ.
§. si quis virginẽ. ⁊ ff. ad ma. l. si quis patrem. Preterea cum
ille clericus fuerit publice positus in banno ⁊ scriptus inter
alios bannitos credendũ est a quolibet vulgo eum fore rite
bannitũ: ⁊ si vellemus dicere contrariũ deciperẽtur predicti
autoritate legis ⁊ statuti qđ esse non debet: vt. C. de his qui
ve. eta. impe. l. j. Nam principes omnia rite agere presumunt᷑

a ¶ Offendi. adđ Alex. ꝯsil. lxv. iij. lib. Bal. in addi. ad spec. tit. de citatione. Ber.

⁊ specialiter in iudicando: vt. ff. de of. pref. preto. l. vna. ad fi.
Preterea error iustis rationibus motus excusationẽ meret᷑
in his etiã que coercenda veniũt: vt. ff. vi bo. rapt. l. ij. §. si pu-
blicanus. ⁊ ff. de adul. l. miles. §. mulier. ignorãs enim nõ in-
telligit᷑ delinquere: vt. ff. de acti. ⁊ obli. l. ex maleficio. ¶ Itẽ
veniã errori dedimus, q𝑟 non ex malignitate sed simplicitate
peccauit. extra de transac. c. ij. in fi. ⁊ facit extra de immu. ec.
c. nõ minus. ⁊ de cle. exc. c. apostolice. Nam ⁊ in delictis par-
citur illi qui iustã causam habeat credendi: vt. ff. de bo. liber.
l. in seruitute. §. j. ⁊ ff. de abige. l. j. §. fi. ⁊ ff. de libe. cau. l. grac-
chus. §. pe. Preterea illud bannũ non potest haberi pro nul-
lo, nisi cum fuerit dictũ vel detectũ pro nullo ⁊ nullũ, sicut di
cimus de testamẽto qđ propter preteritionem filij in potesta-
te cõstituti nullũ est ipso iure: ⁊ tamen rei veritate non prius
est, nec potest haberi pro nullo, nisi primo fuerit decretũ esse
nullũ: vt. ff. de iniu. rup. ⁊ irri. testa. l. nullo. Solu. do. Iac. de
are. Dy. de musel. Nic. mat. ⁊ alij multi doc. sunt in hac opi.
a ꝙ dictus sacerdos ⁊ clericus potuerit impune offendi[a] per
iura proxi. alleg. ⁊ aurea lex est pro hac solutione. ff. de adult.
l. pe. vbi dicitur ꝙ ille non punitur de adulterio qui cogno-
uit mulierem nuptã cui maritus miserat libellũ repudij, licet
ille maritus non rite ⁊ ẜm formam traditã miserit libellũ re-
pudij, tamen excusatur quis quia ignorat an fuerit missus
iure libellus, vel non. de hoc no. Cy. C. de repud. auc. si vxo. ⁊
Ray. in. l. de etate. §. ex causa. ff. de interro. acti. tangitur in. l.
j. §. notandũ. versi. ceterũ. ff. de ven. inspi. ⁊ pro hac solutione
etiã facit qđ ille habetur pro milite qui scriptus reperitur in
numero militũ: vt. ff. de re mili. l. ex eo. ⁊ C. de cohorta. l. qui-
cunqꝫ. Et licet contra hanc allegationem videat᷑ ꝙ scriptus
in numero decurionũ ⁊ eorum matricula non est habendus
pro decurione, nisi se doceat solenniter ordinatũ: vt. ff. de de-
curio. l. heres. Nec ob. dicte solu. dictus. §. condemnatũ. cum
legibus. s̃. alleg. quia illud locũ habet quantũ ad condẽna-
tum, quia non habetur pro condẽnato minus legitime con-
demnatus quantũ ad se: sed quantũ ad alios secus. Uerum
quia constitit dictos fratres sciuisse qđ predictus erat cleri-
cus: ⁊ ꝙ sepius viderant eum celebrare missam, ita qđ non
fuerunt ignari: ⁊ sic non potuerunt pretẽdere ignorantiam
16 facti vel iuris an fuerit condemnatus. ¶ † Item pone in sta
tuto cõtineri ꝙ bannitus pro maleficio possit impune offen-
di, ⁊ ꝙ nullus illi prestet auxilium vel fauorem sub certa pe-
na: queritur nũquid incidat in penã qui pro eo allegat cau-
sas absentie. Dic pro ⁊ contra, vt in questionibus statutis: ⁊
solue ꝙ incidat in penam: quia allegãdo causas absentie de-
fendere ⁊ fauorem prestare: ⁊ hoc si istud allegat corã iudice
non coram alio. ¶ Itẽ pone ꝙ aliquis sociauit bannitũ ta-
lem, nũquid incidat in penam? dic ꝙ sic. ⁊ semel interroga-
tus respondit do. Odof. per legẽ. C. de his qui lat. l. j. in prin.
17 ¶ † Queritur, quidã fecit fugere quendam bannitum, quo-
modo debeat puniri? Respon. in id in quo iste bãnitus erat
condemnatus, vel cõdemnatus: vt. C. de exa. trib. l. quoties.
lib. x. ⁊ l. ad commentariensem. de custo. reo. ⁊ l. quisquis. §.
18 item qui confessum. ff. ad leg. iul. maiest. ¶ † Alia etiam que-
stio Senis incidit tempore quo. s̃. dixi, me assidente ibidem
continetur in statuto dicte ciuitatis ꝙ nulla vniuersitas ali-
cuius castri vel ville, debeat retinere vel receptare in eorum
terris, vel etiã permittere aliquem bannitũ pro maleficio vel
pro auere, id est post deuetationem creditorũ sub certa pena
communi soluenda, ⁊ sub pena soluendi debitum ipsi credi-
tori, nisi debitorem presentauerit intra dies. xl. contingit qđ
quidam bannitus pro debito mille librarum ad petitionem
Getij de suralupis post deuetationem sibi factam solenni-
ter, inuẽtus fuit esse vna die ⁊ duabus noctibus in terra de
Sciano, de qua terra ille natus non fuerat, nec habitator in
ea: accusabatur illa terra vel vniuersitas in ipsum creditorẽ,
⁊ petebatur qđ presentaret illũ bannitũ, vel qđ solueret illud
debitũ ẜm formã dicti statuti: ⁊ eadem potest esse questio de
bãnito pro maleficio. Modo queritur quid iuris. Et primo
videt᷑ ꝙ vniuersitas debeat ⁊ possit condẽnari: quia statutũ
illud nõ distinguit si sciuerit vel ignorauerit illa vniuersitas:
ergo nec nos distinguere debemus: vt. ff. de pub. l. de precio.
⁊ verba generaliter ⁊ indistincte prolata generaliter sunt in-
telligẽda: vt. ff. de lib. prest. l. j. §. generaliter. ¶ Item non vi-
det᷑ haberi respectus sciẽtie vel ignorantie: vt. C. de col. ⁊ illi.
l. j. li. xj. vbi legit᷑ ꝙ si qs alienus illiricianus monstrabit᷑ fuis-
se in domo vel agro Titij, tenebit᷑ Titius tanꝗ̃ receptator
sublata differẽtia sciẽtie vel ignorãtie. Item optime facit ad
hec. l. greca. ff. de leg. ⁊ senatus. ibi vbi dicit delictorũ q̃ spõte
vel ignorãtia cõtrahunt᷑ coertio: vt. C. de fal. mo. l. j. §. domꝰ.
vbi ignorãs dñs dicte domus punitur. Nam in culpa est ab
initio

initio receptans, nisi qui sciuerit de condi. persone: vt. C. de agri. et censi. l. cum satis. aurea lex est ad hoc. ff. nau. cau. stab. l. fi. §. seruorū. Econtra videtur qd non teneatur: et primo qr modicum stare in loco et nullo modo stare equiparantur: vt ff. de his qui deiec. vel ef. l. j. §. hospes. ff. de diuor. l. diuortiū. ff. loc. et cond. l. sed et si lege. §. colonus. ¶ Item facit ad excusationem vniuersitatis modica mansio banniti q facit in dicta terra. Nam ratione breuitatis temporis presumitur qd vniuersitas ignorauit. arg. ff. de exerci. l. j. §. j. et ff. depo. l. j. §. merito. ¶ Item stare causam abscondendi fugitiuum. ff. de ser. cor. l. j. §. quod autem. ¶ Preterea aurea lex est, q receptatio q non dolo fit non venit punienda: vt. ff. de incen. rui. nau. l. quo naufragium. §. non tantum. communitas autem non dicitur quid scire vel dolum cōmittere nisi certa forma:
a vt quando campana pulsata[a] vniuersitas quid contra legē facit vel vexillo leuato, vel alio modo: vt no. ff. de dolo. l. si ex do. §. an municeps. et l. metum. §. animaduertendū. ff. qd metus cau. quod non interuenit in casu nostre questionis: imo presumitur vniuersitatem ignorasse, nisi probetur qd sciuerit: vt. ff. de proba. l. verius. C. de tab. exhi. §. generali. et iusta ignorantia meretur excusationem: vt. ff. si quis test. lib. es. ius. fue. l. j. Preterea receptator ita demū pena dignus est si scit
b illū quem receptat esse bannitū, al's autem non[b]: vt. ff. de ver. signifi. l. sepe. et in auk. de eccle. tit. §. si quis in sua. et §. si quis heres. et C. de pa. sa. l. fina. et argu. C. de episc. audien. l. si legibus. et C. ad leg. iul. de adul. l. castitati. et ad le. iul. de vi pub. l. crimen. C. de his qui latro. l. ij. et aurea lex est. ff. loca. l. si ignorans. et ff. de pub. et vectig. et con. l. cotem ferro. §. dominus. et facit optime. C. de agric. et censi. l. cum scimus. §. fi. et est ratio, quia nemo ignorans videtur contrahere vel delinquere: vt. ff. de actio. et obli. l. ex maleficio. §. j. Et in maleficijs potius spectatur animus q euentus: vt. ff. de lib. ho. exhib. l. iij. §. is qui nescit. dic etiā pro et contra de hac materia, vt not. j. de fur. §. sequitur. ¶ Solu. do. Odof. et do. Guil. soluerūt hanc questionem, per posterius alleg. Et sic nos decem assessores qui Senis eramus consulimus dictam vniuersitatem fore absoluendā: et ad hoc optime facit. C. ad leg. iul. de pla. l. plagij. in glos. ordi. ¶ Ultimo duas questiones subijcio ter-
19 minandas. † Prima quarū talis est, continetur in statu. communis q bānitus pro maleficio possit impune occidi. Qui-
c dā vero bannitus pro maleficio captus erat per beroarios[c] vel famulos potestatis, et dum captus et ligatus duceretur ad curiam, venit quidā et interfecit eundē. Secunda questio talis est, pone q quidam bannitus pro maleficio satisdedit per bonos et idoneos fideiussores de banno et condēnatione soluēda intra mēsem: vel pone qd soluant, tamen ipsum bannum non erat cancellatū: interim autem quidam interfecit eundem. In ambabus autem questionibus queritur an iste bānitus potuerit impune occidi: et primo videt q bannitus qui captus ducebatur potuerit impune occidi. Nam lex statuti seruāda est, licet perq dura. ff. qui a qui. ma. lib. non fi. l. prospexit. et ff. de re milli. l. qd constituitur. ¶ Item a verbis legis non est recedendū, nisi mens contraria appareat: vt. ff. de exer. acti. l. j. §. si is qui. et ff. de verb. obli. l. si colono. et ff. de leg. iij. l. non aliter. ¶ Item lex nō distinguit bannitū captū a non capto, ergo nec nos: vt. ff. de public. l. de precio. et ff. de condi. ob cau. da. l. dedi. §. si liber homo. ¶ Item qr adhuc durat bannū, et per consequēs et eius effectus, sic ergo nemini imponenda est pena: vt arg. a contrario sensu: vt. C. de infir. pe. ce. l. j. et de fer. l. nullo. et ar. ad hec. ff. de repu. l. fi. ¶ Itē licet ille bannitus foret captus: nō propterea certū est q ipse pateretur penā, quia poterat fugere. C. de appari. l. si apparitor. lib. xij. et ff. de acqui. rer. do. l. iij. §. illud. et in. l. laqueum. et op. arg. est. ff. de incen. rui. nau. l. pedius. ¶ Item iste bannitus occisus est ex existente bannito, et licitum est occidere quem in facinore deprehensum, quem non alios licet: vt. C. de sica. l. is qui aggressorem. et l. si vt allegas. et C. de adult. l. gracchus. et ff. de verb. oblig. l. qui seruum. et de leg. j. l. quid ergo. §. si heres. et C. vt ne. lic. sine iud. se vin. l. j. vnde quia lex permittente est factū non penam meretur: vt. d. l. gracchus. ¶ Econtra videtur q occisores puniantur. Nam statutum quod loquitur q bānitus possit impune offendi, intelligitur de eo bannito cui per iudicem pena imponi non poterat. ar. C. de iudi. l. nullus. hic autem captus pro familia erat in potestate reipub. arg. C. de dona. l. qui sensu. Nam et alias licet autoritate legis occidere resistentem, a cuius legis cōtrario sensu non licet occidere non resistentem: vt. C. de his qui ad eccle. confu. l. si seruus. ¶ Item iste bānitus erat in custodia publica: et ideo debuit custodiri vt torqueretur: vt. C. de episc. et cle. l. raptores. et vt saluus sit debito supplicio: vt. ff. de questio. l. questiones. et C. de cust. reo. l. j. aurea lex est ad hec. C. de malefi. et mathe. l. vlti. ¶ Solu. Dicit do. Iaco. de lar. dic q bannitus impune occidi non potuit. arg. ll. pro hac parte allega. et ad hanc solu. allegat etiā istas rationem vltra allega. per do. Iac. de lar. Nam lex dicit q hostem licet interficere: vt. ff. de sica. l. iij. tamen postq captus est non potest occidi: vt insti. de iur. perso. §. j. et ff. de statu ho. l. iij. §. serui. Item facit ff. ad leg. aquil. l. sed si quecunq. circa prin. ¶ Item quia cessat causa quare ille bānitus impune poterat occidi que erat propter defectū publice vindicte que in eum irrogari nō poterat: et ideo debet cessare illa facultas occidendi: vt argu. ff. de pac. l. qd dictū. et C. de iud. l. nullus. ¶ Item quia postq curia cepit illum talem bannitū illam potestatem occidendi reuocasse videtur. ar. ff. de fideiuss. l. postulanti. et in hoc casu melior est conditio occupantis: vt. ff. de procura. l. pluribus. C. de accu. l. qui de crimine. Item facit pro hac solu. ff. de in ius voc. in rub. et per totū. Non obst. quia statutū indistincte et absolute dicit bannitum impune posse occidi: quia illud locum habet nullo alio extrinseco intellecto interueniente: vt dicitur. ff. de iust. et iu. l. ius pluribus modis. scilicet bannito in sua libertate existente et non detento a communi: vnde qd dicit cui licet liceat &c. intelligitur nisi alius impediat et hoc impedit, quia est in custodia cōmunis et cōmune inchoauit suā iurisdictionē exercere: sic etiā alias tutor legatus possunt esse testes in testamēto, nisi aliud impediat: vt. ff. de testi. l. testamento. in princi. ff. de obseq. l. Titius. et alius potest iusiurandū deferre, nisi aliud impediat, vt quia non est habilis: vt. ff. de iureiur. l. tutor. §. j. ad idem. ff. de mu. et ho. l. vt gradatim. §. fi. et l. fi. et sic promptum est leges legibus concordare, et vna lex terminatur per aliam: et quia permissum est &c. vt ff. de proba. l. scio. et statuta terrarū determinationē recipiūt: vt. d. l. vt gradatim. ff. de in ius voc. l. quesitū. et ratio legis tenenda est non minus q verba: vt. C. de leg. l. non dubium. et propter hoc responsum est qd hoc non est factum .l. permittente. imo vetante. l. nec ex iusta imo iniusta: nam aggressores et similes occidere possumus, qd intelligitur flagrante crimine, al's sequit pena: vt no. j. de defen. a reo fac. ¶ Item ad hāc questionē nouissime alleg. do. Io. faxiolus, vltra quā inuenerim nunq allegatum, scz qd ille puniatur qui occidit bannitū dum est in carcere vel etiam captus per beroarios: quia videmus qd nemini licet seruū alienū occidere: vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. in fi. et nonne hic seruus cōmunis erat quandiu erat in eius custodia, cum parum distet a specie seruitutis cui non datur facultas recedendi: vt. ff. de libe. ho. exhib. l. iij. §. preterea. nam iste erat in custodia publica: vt. ff. de verb. sig. l. vinculorum. et est causa licita. arg. ff. de custo. reo. l. diuus. et l. si confessus. et carcer non est inuentus ad puniendum, sed ad custodiendum: vt. ff. de pe. l. damna. §. solent. ergo erat sub custodia reipub. nemini ergo licet manus imponere nisi publice et vigore iudiciario et eius autoritate. arg. C. de iudi. l. nullus. et de iure fis. l. prohibitam. in fi. et publice dictū crimen non priuatum erat iudicandū reipub. causa sicut cetera crimina per domesticos nō cōmissa: vt. ff. de pe. l. respiciendū. §. furta domestica. et ff. depo. l. j. §. merito. Nam qualiscūq. esset talis accusatio siue crimen illatum non accusantis voluntate, sed iudicis cognoscentis autoritate aboleri debet: vt. ff. ad turpil. l. j. §. accusatore. ibi, quem mouet &c. et ff. de custo. reo. l. si confessus. quid plura damnatum vel addictū supplicio nemini licet tenere vel vendicare multominus occidere: vt. C. de appel. l. addictos. ratio est qr a publico tenebatur, et publice puniebatur cuius suppliciū nemini cuiuscunq. dignitatis vel religionis licet punire vel impedire. argu. ff. depo. l. si hominem. et de condi. cau. da. l. cum seruus. insuper negari non potest qd iste non sit homo cōmunis ratione delicti: et custodie et executionis faciende: et hec omnia publico cōpetunt et non priuato: vt. ff. ad municipal. l. de iure. et auk. qua in prouincia. et per dictam. l. de custo. reo. et C. de preca. plus dico qd videtur expressum vt ecce qui cōfessus in iudicio reum, et propterea detentū in vinculis emiserit. l. iul. maie. tenet: vt. ff. ad le. iul. ma. l. cuiuscūq. in fi. et qs magis emittit q qui interfecit: sunt etiā paria auferre, frāgere, et delere, et fi. vt. ff. de iuris. om. iud. l. si quis id. §. j. et ff. vi bo. rap. l. pretor. §. loquit. et ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio. ¶ Itē licet cōmune cōcesserit potestatē capiēdi et offendēdi cuicūq: nōne et sibi reseruauit? certe sic: vt. ff. de app. in fi. l. j. qr non ppterea a se abdicauit: vt. ff. de of. eius cui man. est iurisd. l. j. in fi. et si qs dixerit hoc ius et hoc punire cōmuni et alijs insolidū cōpetere: dico q est a cōmuni preuentū, et sic alijs denegatū: vt. ff. de iu. l. si quis postea. et de iuris. om. iud. l. cū qdā puella. nā et hoc est ius in omnibus quibus insolidū

a ¶ Campana pulsata. Adde qd in delictis q habēt tractū successiuū vniuersitas puniatur, lz nō pulsata campana delictū fiat. ita Petr. de anc. cōsi. clvj. B.

b ¶ Aūt non. adde Ro. consi. ccclxxxvij. Ber.

c ¶ Beroarios. Adde de qō. hic tactis videndum Io. an. in spec. in ti. de accu. in. iiij. parte. in additio. magna. Ber.

a ¶ Nō potuit. ad de dicēdū vt per Pau. de ca. cōsi. xxxiiij. z. cxcij. in j. impressis. Ale. cōsi. lxxvij. ij. lib. Ang. cōsi. cclxxx viij. Cep. cōsil. vj. z. xxxix. Ber.

competit: vt de duo. reis. l. ex duobus. idem in criminalibus z accusationibus. ff. de accusa. l. si cui. §. iisdem. imo amplius dico q si etiam priuatus ad hanc vindictam cōcurreret cōmune tanq̄ magis idoneū z maius deberet preferri: vt. ff. de accus. l. si plures. z. ff. de fide instru. l. si. vel tanq̄ dominus, z cui hoc ius directe cōpetit: vt. C. de noua. l. ij. no. vel q: communis voluntas est fauorabilior z equior, z via iuris z iustitie, altera vindicte singularis z priuate, z quasi horribiliter: vt. ff. de regu. iur. l. inter pares. z. C. qui bo. cede. poss. l. fi. Nec potest ignorantiā allegare, qui sciebat iurisdictionē inceptā a cōmuni z cui rei petebat: vt. ff. depo. l. si hominem. z sciebat cōmune inchoasse z velle exequi vigore iustitie: z sic sibi per consequens denegatum. Nam per extrinseca colliguntur intrinseca: ad q̄d bene accedit. ff. de diuor. l. fi. circa fin. preterea probatur euidentissima ratione, quia statutū debet intelligi de eo qui est in sua potestate z nō communis custodia. Nam qui est in banno z sua libertate est inobediens in non veniendo, z factus est hostis non parēs, nec se capi permittēs: hūc talem permissum est capere z occidere, quia talis sua contumacia auget penam: vt. ff. de penis. l. relegati. z de tabul. exhib. l. locum. §. condēnatio. sed cum est apprehensus z in cōmunis potestate cessat talis contumacia que erat in non veniendo: z si permisit se capi cuius causa permittebatur occidi, licet non esset pena que est a cōmuni imponenda ratione preterite eorū contumacie est iniurie illate cōmuni que forte per statutum est sibi imponenda: quia cōmunis debitor factus erat z sublata iniuria quā cōmittebat in non veniendo in se permittēdo capi postq̄ in fortiam cōmunis peruenit: q: in his omnino non est cōtumax, licet quia fuerit citatus aliquis re, z verbo: vt. ff. de in ius voc. l. plerique. z si verbo citatus, non venit: licet aliqua pena ei propter suā cōtumaciam imponat, vel si imposita z si tamen postea per vim cōprehensus veniat non est amodo plus contumax, q: venit: z ita cessante illa causa z iniuria quā quotidie cōmittebat in non veniendo cessat effectus illius quotidiane iniurie: z propterea occidi a priuato non potuit. Et hec probo per duo argumēta, quia transfugis non datur postliminium, sed captis subuenitur: vt. ff. qui. ex cau. ma. l. item ei qui. ¶ Item nec transfugam nec hostem licet occidere postq̄ captus est nisi reipublice cui vindicta a iure permittitur: vt. ff. de pe. l. aut dāna. §. j. z. ij. z. l. si quis. §. j. Simile bannum est in feris bestiis que ad nos pertinēt, quandiu in nostra sint custodia, z nulli licet eas capere cum vero euaserint zc. occupanti conceduntur: vt. ff. de acqui. rer. do. l. iij. in fi. nam si admitteretur esset exēplo perniciosum: vt. ff. de pe. l. si quis. §. qui abortionis. C. de proba. l. exēplo. ad hoc est de his qui ducunt delinquētes ad magistratus puniendos. ff. de furt. l. interdum. §. qui furem. z de ser. fug. l. j. §. fi. z. l. ad publicum. quibus. ll. colligitur q̄d extunc sunt securi, licet antea potuerint offendi. z facit. C. de
20 exac. tribu. l. j. z. iij. zc. †super questione. ij. an bānitus qui soluit vel satisdedit de soluendo potuerit impune occidi. videt q sic potuerit. arg. ll. allegatarum pro hac parte. s. proxi. q. z facit extra de sen. excom. c. q in dubiis. ¶ Item in dicto statuto continetur q ex quo satisfecit trahatur de banno: ergo interim est in banno. argu. ff. de integ. resti. l. nam z si. z. ff. de edil. edic. l. bouem. §. pe. z si durat bannū z pena. ¶ Item cū plura sunt necessaria ad aliquid obtinendū si aliquid defuerit id nō valet: vt. ff. de iti. actuq̄ pri. l. iij. §. interdictū. ¶ Itē sicut alibi necesse est quē scribi in numero militum, vt de numero habeatur, nec sufficit quem esse electū: vt. ff. de re mili. l. ex eo. z. C. de cohor. l. quecunq. ita nō sufficit quem esse in eo statu, vt ex immu. debeat de numero bannitorum, nisi fuerit exēptus vt contrariorū eadē sit disciplina cum nihil tam naturale est zc. vt. C. quan. lic. ab emp. disce. l. j. z. ij. Econtra videtur q de banno habeat exēptus. arg. l. ff. de re mili. l. filius familias. Nam z domus pro cōbusta habetur ad quā ignis prope venit: vt. ff. q vi aut clam. l. si filius. §. est z alius. z qui paratus est dare similis est danti: vt in aut. vt exact. do. fi. §. vlt. z q̄ habēt se ad esse q̄ negotiū non suspendūt: vt. ff. de noua. l. si pupil. ¶ Item inceptū videtur factū z pro facto habet: vt. ff. de au. z ar. leg. l. z si non sint. §. quid ergo. nam z vt ibi in explemēto negotii resurgere habet fauor: ita hic liberatio z exēptio de banno vt negotiū ceptū habetur pro cōpleto z cōsummato: vt. ff. man. l. j. ff. de test. l. de qua eta. z de vsu cap. l. in vsucap. z. ff. de minor. l. denique. §. minorē. ¶ Itē iste bānitus habet actionē vt eximat de banno: ergo ipsam rem id est effectū exēptionis habere videtur vt eximat: vt. ff. de regu. iu. l. qui actionē. ¶ Item debitor reipub. post satisdationem honoribus recte fungit: ergo multomagis penā euitat: vt. C. de deb. ci. l. j. §. si super. ¶ Item cessante causa cessat effectus: vt. s. in proxi. q. notaui. Sol. do. Ja. de are. soluit hāc
a q. dicēs, q iste bannitus occidi non potuit[a] sine pena, cū post satisdationē vel satisfactionē euanuit virtus banni, z bannitum accipere debemus cum effectu: vt. ff. ne quis eū. l. si per aliū. z. ff. q̄d quisq iur. l. iij. §. hec verba. Nam non potest dici bannitus qui ad cancellationē banni habet actionē, z cōtra vires bāni habet exceptiones: nam cui damus actionē multofortius exceptionem: vt. ff. de superfi. l. j. ff. de re iud. l. inuitus. §. quidam. sicut z non dicitur obligatus qui exceptione est tutus: vt. ff. de re. iur. l. nihil interest. z. ff. de cond. ob turp. cau. l. pe. ff. de dolo. l. eleganter. l. seruus pactionis. ¶ Item ita demū occiditur quis cum ex eius parte bellū sit illicitum ita q̄d resistere sibi non liceat: vt. C. de his qui ad eccle. cōfu. l. iij. z. C. de ser. mili. l. ij. z alias est bellū illicitū ex parte offendentis, cum nephas sit hominem homini insidiari: vt. ff. de iusti. z iur. l. vt vim. cum ergo liceat resisti banno post satisdationem vel satisfactionē, ergo non licet offendi. Non obst. c. qui in dubiis. quia illud habet locum in sententia excōmunicationis que difficilius tollitur: vt extra de transla. prela. c. inter corporalia. He due questiones fuerunt disputate in ciuitate Padue in scholis, per do. Accur. de Regio, z solute, vt. s. pro qua etiam solutione auree sunt. ll. ff. de reg. iur. l. nō singulis. z. C. de malefic. z mathe. l. vlti. z optime etiam facit si subtiliter intelligat. C. de iude. z cel. l. nullus. cum. ll. nota. per quā legē idem do. Accur. dixit se terminasse. q. de banni to offenso cum in publica custodia teneretur. Gandinus.

¶ Quid sit agendū reo presente z non contumace. Rubri.





REo autem cōparente z veniēte ad mandata potestatis, quid sit
1 agendum †videamus: z certe ipse reus poterit suas exceptiōes opponere, si quas habet tam dilatorias q̄ perēptorias. Nam sicut in causis pecuniariis talis exceptio dz opponi in initio, id est ante lit. conte. vt. C. de excep. l. vlti. z pe. z de proba. l. exce. ita z in criminalibus causis debet obseruari: vt. ff. de adulte. l. si maritus. §. prescrip. z vt no. s. de procur. §. vlti. vnde ante lit. contesta. poterit opponere q̄d accusator sit seruus pupillus mulier vel similis vel q̄d non sit de iurisdictione iudicis. Si autē reus non habet aliquā de predictis exceptionibus, tūc iurabit de veritate dicēda, z nomen eius recipiet inter reos. ¶ Item videt etiā q ipse reus ante lit. cōtest. debeat opponere exceptiones perēptorias: vt. d. §. prescriptiones. Circa q̄ dicit do. Odof. q exceptiones dilatorie z perēptorie, sicut in ciuilibus ita z in criminalibus debēt opponi ante lit. cōtest. per iura superius alleg. sed exceptiones perēptorias dicit posse opponi z probari quandocunq ante sententiam: vt C. de excep. l. si q̄d. z. C. senten. rescin. non pos. l. ij. Nec ob. d. §. prescriptiones. vbi innuitur q̄d exceptiones peremptorie debent opponi ante lit. contest. quia illud quod ibi dicitur speciale est in crimine adulterii, vbi postq̄ nomen rei receptū est inter reos dicte exceptiones perēptorie opponi non possunt:
2 vt. ff. de adulteriis. l. ij. §. extraneus zc. ¶ †Sed quid si tu me accusas de crimine q̄d dicebas Parme esse cōmissum, ego autem dico illud maleficium seu homicidium, fuisse cōmissum Cremone, non tamen confiteor me illud cōmisisse: queritur

ritur an hec exceptio prius debeat decidi ꝙ nomen meũ recipiat inter reos? videt ꝙ sic, cum hec questio sit emergens: vt C. de dila. l. a procedente. ff. de libe. cau. l. liberis. §. fi. pro qua questione incidẽti sm cõmunẽ opi. est pronunciandũ: vt not. do. Azo in sum. C. de or. iudi. circa fi. rubri. Tu tamen dicas ⁊ ita sentit do. Gui. de su. ꝙ super accusatione illa est procedendũ non obst. exceptione predicta: vt. ff. de iuris. om. iud. l. cum quedam puella: vnde cum accusator in sua accusatione posuerit homicidiũ illud vel maleficiũ fore cõmissum Parme, debet accusator Parme respondere. Uerum si in cause processu probabitur dictũ maleficiũ alibi fore cõmissum apparebit Parmensem iudicẽ fore non cõpetentem, ⁊ sic ipso iure nõ valebit qđ factũ erit: vt. C. si a non cõpe. iud. l. vlti. Si tamen in consilio vtriusq territorij factũ fuerit dictũ maleficiũ, ⁊ petat accusatus ꝙ accusator designat locũ dicti maleficij, debet ⁊ tenet hoc facere. ff. de accus. l. libellorũ. ⁊ etiã locũ illũ designabit ad oculũ: vt insti. de gradi. §. si. ff. si. regun. l. si
3 irruptione. §. fi. ¶ †Sed quid si non appareat vtrũ sit factũ illud maleficiũ in territorio Parme vel Cremone, quid erit tunc faciendũ? respon. ꝙ fines vtriusq territorij sunt distinguendi ⁊ terminandi. Si aũt non distinguantur, tũc vterq potestas tam Parme ꝙ Cremone cognoscet de illo maleficio: vt. ff. de excu. tut. l. iurisperitos. §. cum oriũdus. Accusatione autẽ exposita, si ipse accusatus nullas habet exceptiones procedet in accusatione, quã accusationẽ accusator semper necesse habebit probare verã esse: alioquin obtinet regula ꝙ si accusator non probat reus absoluitur: vt. C. de eden. l. qui accusare. Fallit in casibus in quibus tam accusato ꝙ accusatori incũbit onus probandi: vt. C. de aboli. l. vbi. ⁊ C. de aboli. l. fallaciter. §. quid. ¶ Itẽ obtinet alia regula que est vt accusator non probãs videatur ⁊ intelligat calũniator: vt C. de aduo. di. iud. l. j. ꝙ fallit tñ in marito ⁊ alijs quos nõ est verisimile calumniari: vt. ff. ad turp. l. j. §. calumniari. ⁊ C. de
4 adul. l. quãuis. ¶ †Sed pone ꝙ accusatus cõparuit ⁊ cõfessus est delictũ vel etiam negauit, quid est iudici faciendũ? respon. qꝛ aut confitetur, aut negat. Primo casu subdistinguet qꝛ aut confitetur crimen de quo tantum pena pecuniaria est
a imponenda, ⁊ tunc est fideiussoribus[a] cõmittendus: vt. C. de app. l. eos. §. pe. ⁊ ff. de cust. reo. l. fi. Si autem confitetur crimen propter qđ debet pena corporalis imponi, tunc ponendus est in carcerem: vt. ff. de cust. reo. l. si cõfessus. ⁊ l. diuus. ⁊ tenendus donec ex crimine pronũcietur cui confesso pena velox est imponenda: vt. C. de cust. reo. l. vlti. debet tamen ille confessus admoneri ꝙ suam defensionem faciat si quam habet: vt. C. de iure fisci. l. defensionis facultas. ⁊ C. de bo. vac. l. vlti. ibi data copia reclamandi: ⁊ facit. ff. de questio. l. j. §. si quis vltro. vbi sponte confesso danda est defensio ad suã innocẽtiam excusandã. Nam probationes ⁊ defensiones possunt fieri vsq ad sententiã: vt. C. de re. cre. ⁊ iureiur. l. si quis iusiurandũ. ⁊ de proba. l. indicia. ⁊ de transact. l. contentio. si autem accusatus negat crimen de quo accusatur, vel cõtra eum inquiritur, tũc aut agitur de crimine graui, aut de non graui, primo casu ponitur in carcerem: vt. ff. de cust. reo. l. diuus. ⁊ indagatio criminis statim debet fieri, vt innocẽs absoluatur ⁊ noxius puniatur. Carcer enim ad custodiã est inuentus non vt pena imponatur ex carcere: vt. ff. de pe. l. aut damna. §. solent. Hoc tamen fallit seu corrigitur in muliere que ob aliquod debitum fiscale vel priuatũ, seu ob aliquod delictum vel crimen in carcerem non ponitur: imo si tale sit crimen ꝙ non sit necesse eam in carcerem ponere cõmittitur fideiussoribus si fideiussores dare poterit: al's prestabit iuratoriam cautionem de iudicio sisti ⁊ iudicatũ soluendo ⁊ relaxabitur. Sed si crimen sit grauissimũ de quo hec mulier accusat in monasteriũ mittit, vel mulieribus tradit per quas custodiatur: vt in auf. vt nul. iudi. §. necessariũ. Si autem crimen ꝙ quis negauerit non sit graue ⁊ sit accusatus, tunc fi-
5 deiussoribus est relaxandus, vt. d. l. diuus. ¶ †Sed ꝙ dicit esse graue delictũ respondeo illud pro quo quis debeat personaliter puniri, vt est in crimine lese maiestatis: vt. C. ad le. iul. ma. l. quis. vel patria prodita vel sacramentis rup. C. de aboli. l. fallaciter. vel in furto, vt. C. de ser. fug. auf. suo iure. ⁊
b simi. De his grauibus[b] delictis habes not. per ordinem. j. de pe. circa. vbi tractantur casus vbi quis amittit oculũ, nasum, manum ⁊ pedem: tunditur, verberatur ⁊ comburitur suspẽditur ⁊ signũ imponitur ⁊ eo ipso ꝙ quis accusatur de graui crimine est ponẽdus in carcerem: vt not. Accur. C. de cust. reo. l. ij. in summa not. ꝙ ad hoc vt quis sit ponẽdus in carcerem vel fideiussoribus cõmittendus bonus iudex estimabit pro qualitate criminis, vel propter honores, vel amplissimas facultates, vel pro nocentia persone. vel qualitate
vt.ff.ad legem aquiliam.l.scientiam.§.sed si. Et ratio est quia
fuisti in culpa vnde teneris:vt dictum est:sed non.l.corne.de
sicarijs.vt.l.in lege.et.l.diuus.ff.ad legem corneliam de si-
carijs.quia videtur factum potius casu quam dolo et volũ-
tate zc.vt.ff.de penis.l.respiciendum.§.penultimo.vnde de
homicidio non tenetur nec.l.corne.de sicar.sed iniuriarum
vel aquilia:vt dictum est.facit extra de homici.capi.lator.et
26 capi.ex literis.z capi.finali. ¶ †Sed quid pone quod per-
b cussi Martinum volentem[b] et consentientem. nunquid sim
puniendus. ¶ Respondeo quod pro percussione vel iniu-
ria alicui facta due oriuntur actiones.vna que ꝯpetit iniu-
riato.alia que competit reipubli. cuius interest ne maleficia
committantur.ff. de publi.l.licitatio.§.quod illicite.et.l.ita
vulneratus.cuz similibus.ff.ad legem aquiliam. sed si fit in-
iuria volenti non potest agere vel accusare:vt.ff.de iniurijs.
l.j.§.vsqz adeo.ff.de libero homine exhibendo.l.iij.§.si quis
volentem. ¶ Sed per hoc non tollitur ius reipublice.ff.de
pactis.l.ius publicum.vnde debet puniri ratione reipubli-
ce loci illius:vt dicta.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de sicarijs.
l.in lege.ff.de iniurijs.l.finali.§.si quis seruum.de public.iu-
dicijs.l. qui cetu. de episco.audien. l. raptor. in fin.de ser-
37 uo corrupto.l.si quis. ¶ †Sed quid si percussi aliquem vel
offendi quem non cognosco an sim puniendus. Respõdeo
sic non minus quam si cognouissem.ff.de iniurijs.l.eum.§.
si iniuria.et.§.sequenti.de seruo corrup.l.j.§.fina.cum simili.
38 ¶ †Sed pone questio. de facto quidam percussit quẽdam
inimicum suum in loco quodam z dixit quibusdam associe-
tate me vsqz ad talem locum:et ipsi fecerunt ignorantes de
intentione ipsius quem associebant.duz ipse appropinqua-
ret ad locum antecessit istos qui ipsum associabant.et istum
suum inimicum insultauit et percussit z occidit. ¶ Iste ho-
micida cũ predictis socijs fuit captus opponitur cõtra istos
socios ꝙ ipsi dñt de homicidio puniri tanquã socij z partici
pes in homicidio z delicto. ¶ Sed ipsi dicunt quod nõ fue-
runt participes nec scientes z quod fuerũt decepti ab isto q
eos requisiuit vt ipsum associarent ad talem locum et qđ nõ
insultauerunt percusserunt vel occiderunt.et ipse homici-
da confitetur

a ¶ Dicunt qui-
dam. Adde tu et
vide de hoc p d.
Alex.in cõsi.xv.
in primo vo.et in
consi.l.et aliquid
in cõsi.xlvj.in.iiij.
volu.z etiã adde
quid si in rixa a
plurib⁹ quis fuit
vulnerat⁹ vnico
vulnere.et igno-
ratur a quo ꝙ tunc
tales non tenen-
tur đ occiso.Pe.
de anch.in consi.
ccxvj.et Alex.in
ꝯsi.xiiij.co.ij.ver.
nõ obstant.in.iij.
volu.

b ¶ Unius medi-
ci. Adde tu Pe.
de anc.in consil.
cclxxxiij.qui vult ꝙ
sic vide tñ de hoc p
bar. z doct.in.l.j.
ff.de ven.inspi.et
in.j.cõsti. ffforum
in fin.p Anto.de
but.et cano.in.c.
proposuisti extra
de pbat.et adde
cepo.quẽ vide in
consil.lxij.co.ij.et
seq. Et etiã vide
aliquid p Alex.i
consi.xv. col.fi.in
j.volu.z adde qđ
relatio medicorũ
potest retractari
per relationez se-
cũdam p peritio-
res vt per Cepol.
in.d.consi.lxij.

c ¶ Uolentem.ad
de tu et vide ad
hanc decisionem
bar. et ita que ibi
no.in.l.inter oẽs.
§.si teste de fur.z
Alex.i ꝯsi.xxiiij.
in.ij.vol.

da confitetur quod eos decepit ⁊ qđ nihil dixerat eis quod
vellet committere homicidium ⁊ quod non deliquerunt vt
dixerat eis: queritur quid iuris. ¶ Respond. ⁊ dico qđ ille
qui insultauit ⁊ occidit est de maleficio puniēdus. ff. de sica.
l. j. §. ⁊ qui hominem. ad legē aquil. l. qua actione. §. occisum.
ne maleficium sit impunitum: vt. l. ita vulneratus. ad legem
aquil. cum similibus. ¶ Sed alij non tenentur nec puniun-
tur quia deceptis ⁊ non decipientibus iura subueniunt. C.
si mi. se ma. dixe. l. ij. ff. ad velleia. l. si decipiens. Si enim con-
staret quod dedissent auxilium cooperando ad maleficium
committendum ⁊ scienter associassent illum qui occidit pu-
niendi tunc essent de homicidio pro tali ope ⁊ auxilio: vt. ff.
de fur. l. furti. §. oper. de adult. l. si is cuius ope. de parrici. l.
vtrum. ⁊ l. sequē. Nam agentes ⁊ consentientes ⁊c. ¶ Sed
quia fuerunt ignorantes excusantur. l. quo naufragium. §.
39 non tantum. ff. de incen. rui. naufrag. ¶ † Sed quid ordina
tum est quod si quis percusserit potestatem puniatur pena
dupli contingit quod quis percussit militem eius nunquid
eadem pena punitur. Respond. sic videtur. argu. C. ad. l. iul.
maie. l. quisquis. nam priuilegium cōcessum potestati ⁊ suis
familiaribus videtur concedi. argu. C. ne fil. pro pat. auē. ha
bita. Econtra quod non: nam statutum dicit solum de pote
state: ⁊ est stricti iuris ⁊c. de exerci. l. j. §. ergo. ad municipa. l.
constitutus. ¶ Item si statuarij voluissent hoc expressissent.
C. de cadu. tol. §. ne autem quod nō fecit. igitur ⁊c. ¶ Item
istud est personale priuilegium concessum solum in persona
potestatis, vnde personā non trāsgreditur. ff. de aqua quo-
tid. ⁊ esti. l. j. de re milit. l. priuilegia. ⁊ l. fi. ⁊ hoc verius videt.
40 ¶ † Sed quid quidā percussit ⁊ vulnerauit Mart. propter
quod fuit condemnatus communi in libris. xxv. predictus
Mar. vult repetere expeñ. quas fecit pro medicatura sua ab
ipso vulnerante nunquid possit. ¶ Respon. sic quia ex ma-
leficio commisso due oriūtur actiones vna datur offenso al-
tera reipublice ⁊ communi illius loci. ff. de publi. l. licitatio.
§. quod illicite. ⁊ vna non tollit aliam. ff. de verbo. obliga. l.
nunquid. ⁊ quod possit petere expen. probatur. extra de in-
iur. ⁊ dam. da. c. j. ff. ad. l. aqui. l. qua actione. de his qui deie.
vel effu. l. fi. sed ratio deformitatis non habetur: quia liberū
corpus non recipit estimationem. ff. de his qui deie. vel effu.
41 l. j. §. sed cum. ¶ † Sed nūquid potest agere iniuriarum iste
Mar. licet iste percussor sit cōdemnatus communi. Respō.
sic, quia ex maleficio due oriuntur actio. vt dixi: vna datur
iniuriato alia communi cuius interest ne maleficia commit
tantur. ff. ad legem aquil. l. qua actione. de his qui deiec. vel
effug. l. fina. ⁊ l. ita vulneratus. ff. ad legem aquil. ⁊ d. l. licita
tio. §. quod illicite. nec vna tollitur per alterā: vt. d. l. nunꝗ. ⁊
ff. de iniur. l. si quis seruum. insti. de iniu. §. petitur. cum simi.
42 ¶ † Sed quidam non percussit, sed mandauit assassinamē-
tum ⁊ fecit percuti vel occidi: iste percussor fuit captus ⁊ pu
nitus debita pena: potestas vult procedere cōtra illum qui
mandauit fieri maleficium nunquid potest. ¶ Respon. ⁊ vi
detur quod non potest. arg. vi bono. rapt. l. is quoti. ibi ⁊ al-
terius ⁊c. quia non debet inquiri sepius de delicto eiusdem
ff. nau. caupo. stabul. l. licet. de verbo. signifi. l. sepe. cum simi.
¶ Econtra quod sic: vt. ff. ad silla. l. ⁊ si certus. C. de accusa.
l. non ideo minus. ⁊ est ratio quia si plures delinquunt pena
vnius non liberat alium. ff. ad legem aquil. l. item mela. §. si
plures. de sicar. l. quidam. ⁊ l. nihil. cum simi. ⁊ hoc verius.
43 ¶ † Sed quid ordinatum est quod pro percussione cōdem-
netur in. x. libra. pro homicidio ad mortem condemnetur.
¶ Pone quod vnus percussit ⁊ vulnerauit Marti. postea
venit alius ⁊ ipsum percussit ⁊ traxit ad mortē qualiter pu-
nientur isti tales percussores. ¶ Respon. quod primus per-
a cussor tenetur ⁊ punitur de vulnerato, secundus de occiso[a]:
vt. ff. ad legē aquil. l. ita vulneratus. ⁊ l. ait pretor. xxiij. q. vl-
44 ti. §. fin. extra de homicid. c. significasti. vbi de hoc. ¶ † Sed
quid ordinatum est quod si quis percusserit aliquē in domo
puniatur pena dupli. percussio facta est in ecclesia, vel molē
dino. Respon. pena dupli debet puniri: quia appellatio. do-
b mus[b] continetur ecclesia. C. de sacrosan. eccl. l. decernimus.
⁊ auē. si quas ruinas. ¶ Itē quia appellatione domus con
tinetur omnis forma edificij. ff. de incen. rui. nau. l. qui edes.
45 in fin. facit insti. de iniur. §. domum. ¶ † Sed quid quidam
super equo currebat ⁊ currēdo occidit aliquem qualiter pu
nietur. Respon. si dolose ⁊ data opera fecit quod de occiso
puniatur nam occisum dicimus qualitercunqꝫ occidatur:
vt. ff. ad legem aquil. l. qua actione. §. j. ff. de sica. l. in lege. ⁊ l.
diuus. ⁊ l. nihil. ¶ Si vero nō dolose fecit aut ille locꝰ erat
deputatus ad curren. ⁊ tunc non tenetur nisi dolose fecisset
⁊ studiose. ff. ad. l. aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctas.
⁊ l. si obstetrix. §. fi. ¶ Si autē ille locus erat priuatus ⁊ non
deputatus ad currendum tūc si ante proclamauit caue ca-
ue caue, tunc non tenetur de occiso: quia tunc cōstat ex eo ꝙ
clamauit caue caue: quod non habuit occidendi animū qui
desideratur. ff. de sica. l. j. §. diuus. ⁊ l. in lege. ⁊ l. diuus. ⁊ ad
legem aquil. l. si putator. d. l. qui foueas. facit extra de homi.
c. significasti. ¶ Sed alij dicunt quod si currebat per locum
non deputatum ad currendum: quamuis proclamauerit: si
sciebat equum vitiosum ⁊ ineffrenatum: ita quod non pote-
rat retinere: quod tunc quia erat in aliqua culpa currendo
cum tali equo puniatur. l. aquil. ad damnum. non autem de
homicidio: quia non habuit animum occidendi ⁊c. insti. ad
leg. aquil. §. quod si putator. ⁊ §. impetu quoqꝫ. ⁊ §. seq. ⁊ §.
ita si quis. ⁊ fiet cōdemnatio in quinquaginta aureos: cum
liberum corpus non accipiat estimatio. ⁊ ad impēsas vulne
ris ⁊c. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. sed cum homo. ⁊ l. fin.
46 ¶ † Sed quid si per percussionem factam imponūtur due
pene diuerse ex forma diuersorum statutorum: nec apparet
quod statutum fuerit prius nec posterius. ¶ Respon. quod
minor pena est imponēda. ff. de pe. l. preses. in fi. ⁊ l. interpre-
tatio. ⁊ de preto. stipu. l. fi. Sed si constaret quod statutū esset
prius conditum tunc illud seruaretur. arg. C. de pac. l. pacta
47 nouissima. ⁊ de leg. l. non est nouum. cum simi. ¶ † Sed nū-
quid potest quis pro percussiōe vel alio maleficio puniri pe-
na statutorum ⁊ pena legum. Respon. ⁊ videtur quod sic. C.
de sepul. vio. l. qui sepulchra. §. fi. de act. emp. l. quot. ¶ Ecō-
tra quod non: quia non potest quis pro eodem delicto dua-
bus legibus puniri: sed solum pena statuti. ff. de accusa. l. se-
natus. ff. de excu. tuto. l. scire. §. illud. de origi. iur. l. j. §. vnde.
48 Et hoc verius sm Uber. ¶ † In summa notandum est qđ
omnis qui delinquit est debita pena puniēdus regulariter.
Fallit in omni casu a iure concesso alium offendere: vt not.
s. de perso. que pos. sine pena offen. per totum. ¶ Item fal-
lit in illo qui casu delinquit qui non punitur. C. de sica. l. j. ff.
de pe. l. respicien. §. casu. ¶ Item in furioso. ff. de offi. presi. l.
diuus. ¶ Item in dormiente qui dormiēdo deliquit ad in-
star furiosi ⁊ infantis qui non videt qđ agat. ff. de sic. l. quod
infans. ⁊ de rei vendi. l. qđ infans. cum simi. de iur. codicil. l.
iij. §. furiosus. ¶ Item in pupillo non doli capace. C. de pe.
l. impunitas. ff. de fur. l. impuberem. ¶ Item in ebrioso qui
non punit si deliquit. xv. q. ij. inebriauerunt. vt. ff. de sica. nisi
dolose inebriauerit: vt. ff. de sica. l. iiij. ⁊ l. diuus. ¶ Item in
demētissimo. ff. de pen. l. aut facta. §. euentus. ¶ Item insa-
nia excusat a delicto delinquentem. xxv. q. j. si quis insanie.
¶ Item ignorātia vnde si mulier inuenerit hominem in le-
cto suo credens illum esse virum suū: ⁊ cognita fuerit ab illo
excusatur ab adulterio: ratione sue ignorantie. xxxiiij. q. j. cū
per bellicam. ⁊ c. in lectum. ⁊ quod ignorantia excuset not.
ff. de leg. j. l. j. ¶ Item necessitas magna excusat: vt extra de
fur. c. si quis per necessitatem. de homi. c. interfecisti. ¶ Itē
diuina reuelatio excusat: vt extra de diuor. c. gaudemꝰ. Itē
iusta causa: vt. ff. qui satis. cog. l. fi. extra de pigno. c. significā-
tem. ¶ Item iustus metus. extra qđ met. causa. c. sacris. ⁊ l.
distinc. presbyteros. ¶ Item legitima defensio sue persone
vel filiorum vel similium: nam quod fit ad defensionē suam
vel rerum suarum legitime fit vnde excusa. meretur. ff. de iu
sti. ⁊ iure. l. vt vim. C. de adul. l. gracchus. cum simi. ⁊ de hoc
not. Goffre. in summa extra de pen. in fi.

## ¶ De parricidijs ⁊ eorum penis. Rubrica.

1 ☞ Parricidium quid sit: crimen parricidij quando com
mittatur: ⁊ qui tali crimine tenentur.
2 Parricidij pena que sit: ⁊ que occidentium personas ex cri-
mine parricidij.
3 Furore occidens personā propter quod videatur incurrere
parricidij crimen quomodo puniatur.
4 Filius qui iniuriatur patri, vel matri, auo, vel auie, qua pe-
na puniatur.
5 Filius anniculus si reperiatur mortuus in lecto patris, vel
matris, aui, vel auie: an punientur pena parricidij: ⁊ quid si
infantulus reperiatur mortuus in lecto nutricis.

Parricidium proprie
1 dicitur† parētis cedium sicut dicitur homi
cidium quasi hominis cedium: ab homine
⁊ cedo, is. Crimen parricidij committit qui
patrem, matrem, auum, vel auiam, fratrem
vel sororem patruelem vel matruelem auunculum, amitam
consobrinum vxorem nurum generum socrum, soccerum

a ¶ Secundus de occiso. Adde tu ⁊ vide de hoc plene per Barthol. Cepol. Veroñ. in consil. xlj. col. iiij. ⁊ v.

b ¶ Domus. Adde tu qđ etiā appellatione domꝰ venit ortus ⁊ cenaculum ⁊ orreū vt per Alexā. in consi. xxiij. in. iiij. volumi.

priuignum vitricum patronum vel patronam occidit, vel
auus nepotem vel pronepotem. ¶ Item filius qui emit ve-
nenum vt patri daret, quamuis dare non potuerit: vt. ff. de
parrici. l. j. C. eo. l. j. insti. de publ. iudi. §. alia. ¶ Item ea lege
tenetur medicus qui sciēter ⁊ dolose venenum dedit filio vt
patri daret ⁊ eadem pena punitur: vt. ff. eo. l. ij. de sica. l. iij. §.
j. ¶ Item pater qui occidit filium suum adulterātem vxorē
suam tenetur ea lege: sed solum relegari debet nō occidi. ff.
eo. l. diuus. ¶ Item tenetur creditor de parricidio qui sciē-
ter ⁊ dolose mutuauit pecuniam filio ad emendum venenū
vt patri daret vel cum pecunia ipsa faceret ipsum occidi. ff.
eo. l. scienter. ¶ Item non solum predicte persone tenentur
hoc crimine ⁊ hac pena: sed ⁊ omnes consocij al's conscij et
participes agentes ⁊ consentientes ⁊ consiliū dolose ⁊ sciē-
2 ter dantes: vt. ff. eo. l. vlti. de adul. l. is cuius ope. ¶ † Pene
autem horum est quod debēt vulnerari virgis sanguineis,
id est de sanguine: ⁊ est arbor quedam, vel dicuntur sangui
neis, id est vt verberentur donec sanguis exeat: post hoc au
tem debet iste parricida poni in corio cuiusdam animalis: ⁊
ipse cum cane gallo gallinatio. vipera ⁊ simia debet proijci
in mari si ppe est vel in alio flumine: ita vt moriatur vel de-
bet proijci feris bestijs: vt. ff. eo. l. pena parricidij. ¶ Qui ve-
ro alias personas occiderit dolose preter suprascriptas ca-
3 pitali pena punit̄: vt. l. qui alias personas. ¶ † Si vero per
furorem qui tale crimen commiserit non punitur: vt. d. l. j. §.
sane. ⁊. ff. de sica. l. quod infans. sed isti tales furiosi sunt car-
cerandi. ff. de offi. presi. l. diuus. ⁊ facit instit. de publi. iudi. §.
item. l. pompeia. de parri. ⁊. C. de his qui pa. vel filios occide
4 runt. l. j. extra de homi. c. j. ⁊ per totum. ¶ † Si autem filius
iniuriatur patri vel matri, vel auo vel auie debet puniri illa
pena qua predicti voluerint: vt. C. de pat. pote. l. iij. ⁊ seq. dū-
modo non excedat modum in pena: quia patria pietas de-
bet in pietate ⁊ non in atrocitate consistere. ff. eodē. l. diuus.
5 ¶ † Sed quid si filius anniculus reperitur mortu⁹ in lecto
patris vel matris vel aui vel auie: nunquid punietur dicta
pena parricidij. Respondeo sic, si constaret quod dolose oc-
cidisset eum, vt dictum est. Sed in dubio propter amorē pa-
rentū debet presumi illum potius mortuum casu aut negli-
gentia ꝙ dolo: vnde impunitum esse debet. arg. C. de inoffi.
testamē. l. matri. extra de presump. c. afferte. ¶ Nam nullus
amor est qui vincat paternum. C. de cura. fur. l. fin. ⁊ magis
parentes timent de filijs ꝙ de seipsis. ff. quod met. cau. l. isti
quidem. ¶ Item quia mater non obliuiscitur de filio cū sit
pars viscerum suorum: vt. ij. q. vj. ad Romanam. facit extra
de homi. c. fin. ⁊ idem potest dici si reperiatur mortuus in le
cto nutricis: si est mulier bone fame ⁊ bone conditionis, vt
quilibet presumitur bonus. ¶ Itē in talibus desiderat̄ do-
lus, vt dictum est: ⁊ probationes debēt esse luce meridiana
clariores: vt. C. de proba. l. sciant. ¶ Sed si fuerint in culpa
dicte psone puniēde sunt iudicis arbitrio, sed non ad mortē
ff. de sic. l. j. §. sed ⁊ si. ⁊. l. iij. §. ex senatu. ⁊. l. in lege. §. qd si qs.

## ¶ Ad legem Juliam peculatus. Rubrica.

1 ☞ Lex Julie peculatus quid contineat, qui teneantur. l.
Julie peculatus.
2 Pena. l. Jul. pecula. que sit.



Actor legis Julie pe-
1 culatus † statuit ne quis pecuniam publicā
auferat nec furetur. ¶ Itē nec in suā rem
vel vtilitatem conuertat talem pecuniā nec
faciat vt ab alio auferatur, vel in rem alte-
rius cōuertatur. ¶ Item ne aliquis misceat aurum vel ar-
gentum reipublice dolo cum alio: vt. ff. eo. l. j. ¶ Itē tenetur
hac. l. qui pecuniam publicam destinatam ad faciendū ali-
quod opus publicum non posuerit ad illud opus ⁊ sibi reti
nuit: vt. ff. eo. l. ij. ¶ Item tenetur hac. l. qui pecuniam publi
cam factam ex venditio. rei alicuius pertinentis ad rem pu
blicam vel habitā ex locatione reipublice sibi retinuit: vt. ff.
eo. l. iulia. §. lege. ⁊. l. sacrilegij. §. qui eum. ¶ Itē tenetur ille
qui surripuit tabulas fisci nedū reipublice: vt. d. l. sacrilegij.
¶ Item ⁊ ille qui facit copiam alicui ad scriben. rationes
publicas sine iussu illius qui talibus preest vel massarij com
munis: vt. l. sacrilegi. §. senatus. ¶ Itē ⁊ ille tenetur qui pe-
cuniam reipublice non posuit in armario sed sibi retinuit ⁊
iste talis debet psonaliter detineri quousqꝫ reponat. ¶ In
super punitur: vt. ff. eo. l. cū eo. ¶ Item ⁊ ille tenetur qui scri
bit in rationibus publicis se minorē accepisse pecunie sum-
mam ꝙ reuera accepit. ff. eo. l. hac. ¶ Item ⁊ ille qui posuit
⁊ immiscuit aliquid in armario vt inde furaretur pecuniā
vel aliud: vt. d. l. hac lege. §. fin. ¶ Item qui muros perfora
uit ⁊ inde aliquid accepit. ff. eo. l. qui perforauerit muros. et
qui surripuit predam captā ab hostibus. ff. eo. l. is qui. ⁊ nō
2 solum ipse tenetur: sed ⁊ ipsius heres: vt. ff. eo. l. fi. ¶ † Pena
autem huius legis est quandoqꝫ deportatio. ff. eo. l. pecula-
tus. vt est quando quis subtrahit pecuniam publicam ⁊ in
casibus supradictis ⁊ in eo qui misit aliquem ad subtrahē.
pecuniam publicam: vt. ff. eo. l. hac lege. §. fi. ¶ Quandoqꝫ
furti vt in eo qui subtrahit res priuatarum personarum de
ede sacra. ff. eod. l. diuus. ⁊ potest de hoc cognosci vsqꝫ ad
quinquennium: vt. ff. eod. l. peculatus. la. ij. ¶ Item tenetur
restituere in quadruplum quod accepit: vt. ff. eo. l. pen. Sed
hodie videtur de iure nouo. C. quod officialis qui pecuniā
publicam vrbis Romane vel fisci subtrahit: ⁊ ille qui dede-
rit ad hoc auxilium ⁊ fauorem cooperando capitali punia-
tur pena. C. de cur. pecu. l. j. Qui vero pecuniā ciuitatis sub-
trahit furti tenetur, non crimine peculatus. ff. eod. l. penul.
§. fina. ff. de furt. l. ob pecuniam. insti. de publi. iudi. §. item. l.
Julia pecula. cum similibus.

## ¶ De falsis. Rubrica.

1 ☞ Falsitas quid sit.
2 Falsitas cōmittitur dicto, scripto, facto, ⁊ vsu: ⁊ vide exem-
pla plura.
3 Falsi pena que dicatur.
4 Falsum quomodo cōmittatur de iure canonico: ⁊ quis eui
tat penam falsi.
5 Rasura quando inducat suspicionem instrumēti vel litera-
rum: ⁊ quando non.
6 Litere pape vel prelatorum: per que reddantur suspecte.
7 Instrumenta ⁊ litere quando reprobantur tanꝙ falsa.
8 Notarius falsum confecit instrumentū qua pena puniatur.
9 Instrumētum si est in aliqua sui parte falsum: an debeat in
toto haberi pro falso.
10 Instrumentum dicens Mar. filius Anto. cōfessus fuit ha
bere in deposito a Joan. decem ⁊ si postea reperitur quod
tunc temporis Anto. erat mortuus: an tale instrumentum
erit falsum.
11 Instrumentum in quo deest litera vel syllaba aut dictio: an
per hoc vitiatur.
12 Judex an possit instrumentum falsum coram se exhibitum
retinere ⁊ comburi facere.
13 Utens instrumēto suspecto non tamen falso scienter: an de
falso puniatur.
14 Instrumentum si est falsum vbi non est ius: an ille qui fecit
vel vtitur dolose puniatur.
15 Producens falsos testes quando puniatur.
16 Protestans quod tunc intendit vti tali instrumēto ⁊ dictis
talium testium si vera sunt ⁊ si apparuerit in processu quod
sint falsa non vult esse vsus an teneatur de falso.
17 Dictio tunc in superiori casu quid operatur: ⁊ si simpliciter
dixisset nolo vti.
18 Statuto dicente si quis produxerit scienter falsos testes pu
niatur de falso in cētum lib. si quis produxerit plures testes
inter quos produxit vnum falsum: an puniatur de falso.
19 Statuto dicēte si notarius confecerit instrumētum falsum
puniatur in. x. libra. ⁊ quidam notarius falsauit plura acta
vnius cause: an punietur pena statuti.
20 Notarius qui est officialis ⁊ scribit acta pcessus ⁊ dicta te-
stium si promittat parti legere dicta testiū ante publicatio-
nem: an teneatur pena falsi.
21 Produxit quidam dolose falsos testes: accusatur de hoc il-
le se defendit dicens illorum dicta non valere: puta quia iu
rauerūt parte non citata: an producens condemnabitur de
falso: ⁊ quid si testes falsum dicunt extra intentionem ⁊ ex-
tra capitula.
22 Testis inductus super pluribus capitulis si super vno fal-
sum dicat an reprobatur in alijs tanꝙ falsarius.
23 Producens instrumentum ad probandum de iure suo in
quo deficit dies indictio. vel locus vel quid simile: an de fal-
so punietur.
24 Instrumētum debet facere quidam inter te ⁊ me super ali-
quo negotio in mei fauorem a me requisitus facere nō vult:
an falsum committat.
25 Notarius fuit condemnatus de falso: ⁊ quod nihilominus
possit facere alia instrumenta decetero: an postea confecta
valebunt.
26 Producto instrumento in quo scripti sunt duo testes quo-
rum vnus

sum vnus est infamis: puta damnatus de publico iudicio: an tale instrumentum sit falsum.

27 Testis non condemnatus: an poterit adhiberi ad probandum verum esse quod continetur in instrumento, de quo supra.

28 Testis vnus cum notario: an sufficeret in instrumēto publico ad hoc vt instrumentum valeat.

29 Instrumentum falsum dolose conficiens in quo deficiebat mensis indictio vel locus: an punietur de falso: & ad quid tenetur persona lesa.

30 Stante statuto quod nullus notarius faciat instrumētum in fauorem banniti sub pena centum lib. & si factum fuerit non valeat, quidam fecit tale instrumentum: an de falso punietur.

31 Mandante quodam Florentino cuidam familiari suo q̄d committat tale maleficium alibi, illo commisso, queritur an cognosci debeat de tali maleficio Florentie vel vbi commissum fuit delictum.

32 Delinquens vt supra si vult potius conueniri Florentie q̄ alibi an sit audiendus.

33 Criminis cognitio in quot locis tractari possit.

34 Exceptio declinatoria fori quando sit opponenda.



1 Falsitas autē† & mutatio veritatis: vt in auf. de fid. instru. circa princi. col. vj. & ideo dicitur mutatio veritatis: eo quod falsificatores studēt mutare ea que vera sunt vt falsa sint, vel verisimilia videantur: vt in dicto auf. ¶ †Et no. q̄d pluribus modis committitur falsitas[a] dicto, scripto, facto, & vsu. ¶ Scripto cōmittitur scribendo falsum & delendo verum. extra de fi. instru. c. inter dilectos. nec refert an sit instrumentum publicū vel priuatum vel scriptura publica, vel priuata vel tabula. vel rationes: vt. ff. eo. l. j. §. qui rationibus. & l. nullus. Idem est in illo qui signum adulterinum & non suum facit & dolose: vt. ff. eo. l. lex cornelie. & l. qui testamētum. ¶ Idem etiam in illo qui scripsit absentes fore presentes. l. qui velut. C. eo. extra de testi. c. tam literis. ¶ Idē & in eo dicitur qui superlinearem scripturam apponit. extra de reli. domi. c. venerabilis. ¶ Itē & in alijs multis modis quos habes. extra eo. c. licet. ¶ Dicto autem committitur falsum vt est videre in teste qui scienter falsum asserit & verum celat & supprimit: et punitur pro qualitate: vt. C. de testi. l. nullum. in fin. extra de crimi. falsi. c. j. extra de sic. l. j. §. preterea. & l. eiusdem. & l. seq. ¶ Item & in iudice qui contra leges & iura pronūciat. ff. eo. l. j. §. fi. & l. si iudex. ¶ Item & in alio qui corrumpit testes iudices & aduocatos: vt. ff. eo. l. fina. §. j. ¶ Item & qui allegat falsas leges vel falsa statuta. C. eo. l. fin. & C. si ex falsis instrumen. l. j. ¶ Item & qui mētitur principi vel presidi vel pape episcopo vel iudici: vt. ff. eod. l. si quis obrepserit. C. si contra ius vel vtili. publ. l. puniri. cum simi. Et idem in similibus casibus potest dici vt in iudice qui falsam dat sententiam vel cōsilium. ff. de re iudi. l. consi. C. de pena iud. l. ij. & auf. ibi posita. ¶ Facto cōmittitur falsum vt in illo qui falsat pondera vel mensuras: vt. ff. eo. l. hodie. §. j. ff. de dolo. l. arbitrio. et nam aliquando ad penam iste talis diuersimode punitur. Nam aliquando ad penam relegationis aliquādo extraordinarie: vt. d. l. hodie. ff. de extraordi. crimi. l. annonam. §. onera. & de pe. iudi. l. in dardanario. ¶ Item in eo qui apponit vel immiscet picem cū cera vel sepum vel tormentillam vel oleum vel fabas vel quid simile: vel es cum auro: vel stannum vel plumbum cum argento: & idem in similibus: commiscendo vnam rem cū alia vel vendendo rem mistam vel falsatā pro bona & vera. arg. ad hoc. ff. eo. l. j. §. in rationibus. & l. qui testamētum. & l. quicunq. & l. Paulus. & l. hodie. §. j. ff. de crimi. stellio. l. pen. §. j. ff. de pigno. act. l. j. Nam mala cera & falsata non est cera: et argentum fasatum non est argentū: & idem in similibus dici potest: vt. ff. de verbo. sig. l. Paulus. & reprobata pecunia[b] non est pecunia. & soluentem non liberat: vt. ff. de pigno. act. l. eleganter. §. qui reprobos. ¶ Item & in illo qui vera sigilla corrumpit. extra de fid. instru. c. inter dilectos. extra eo. c. ad audientiam. ¶ Item & qui falsat monetam. extra de iureiur. c. quanto. & ff. de fal. l. quicunq. & l. sequenti. ¶ Item p̄curator aduocatus & similes vt tutor curator & syndicus qui secreta cause aperit aduersario suo, vel instrumēta partis sue prodit aduersario: vt. ff. eo. l. j. §. is qui deposita. ff. de pe. l. si quis aliquid. §. is qui instrumentum. & §. instrumēta. ¶ Item falsum committit qui aperit secretū iudicij. extra de offi. deleg. c. olim. & idem in similibus dici potest. Vsu cōmittitur falsum, vt in eo qui se pro milite gerit: vel p̄ doctore: vel pro notario: vel qui etiā illicitis insignibus vtitur: vt ff. eo. l. eos. §. qui senatus. sicut est in non ordinato: qui se pro clerico ordinato gerit: vt extra de cle. non ordinan. c. j. & ij. sicut est etiam in illo qui obtinet beneficium tanq̄ clericus & non est clericus nec consecratus: vt extra de transac. c. ex literis. extra de rescrip. c. cum adeo. ¶ Item & in illo qui vtitur falso instrumēto: vel falso rescripto: vel falsis literis: vel falsis actis scienter & dolose: vt ea. l. si quis falsos. Si tamen deceptus ab alio faceret: & hoc probaret sic purgādo suam innocentiam excusatur. C. eo. l. maiorem. & l. nec exemplum. extra de exces. prela. c. inter dilectos. §. preterea. ¶ Itē etiā excusatur abstinendo ab vsu si solūmodo vsus fuerit & non fabricauerit: si vero fabricasset & vteretur non liberaret abstinendo ab vsu: vt. d. l. qui falsos. ¶ Item & ille committit qui se dicit procura. & non est: vt. ff. de condi. ob cau. l. si procurato. falso. extra de rescrip. c. ex parte decani. & ibi not. C. de furt. l. falsus procurator. & tunc punitur pena extraordinaria pro suo delicto seu mendacio: vt extra de crimi. falsi. c. j. vel pro qualitate delicti. C. de testi. l. nullū. in fin. ¶ Item

c qui dolose tacet verum[c] in testificādo committit falsum. extra eo. c. j. Et generaliter dici potest quod vbicunq veritas dolose mutatur cōmittitur falsum: vt auf. de fide instru. circa prin. nam falsitas non committitur sine dolo. C. eo. l. nec exemplum. & ff. eo. l. diuus. sed contra extra eod. c. ad falsariorum. vbi sine dolo & sine vsu cōmittitur falsum: sed illud

3 speciale est in literis domini pape. ¶ †Pena autem falsi est deportatio s̄m leges veteres & bonorum omnium publicatio in libero homine in seruo vltimum supplicium: vt. ff. eo. l. j. §. fi. quandoq alia pena: vt. ff. eo. l. hodie. & l. si. cum simi. ¶ Sed iure nouo bona non publicantur eorum qui delinquunt: vt in auf. vt nul. iudi. §. fin. col. ix. & in auf. hodie. C. de

4 bo. damna. ¶ †Sed de iure canonico falsitas multis & diuersis modis committitur & punitur s̄m diuersitatem causarum & falsitatē. extra de rescrip. c. super literis. & c. ex parte. de crimi. falsi. c. dura. & c. licet. de verbo. sign. c. nouimus. in quibus de hac materia not. ¶ Euitat penā falsi qui probauerit se ab alio fuisse deceptum: vt. C. eod. l. maiorē. Et ille qui scit se falsas literas habere: & intra. xx. dies destruxerit vel resignauerit: vt. d. c. dura. circa fi. quod est verum quando alia persona literas impetrauit: secus si ipse impetrasset:

5 quia tunc penam nō euitat: vt. d. c. ad falsariorum. ¶ †Itē not. q̄d rasura que est in narratione facti inducit suspectum instrumentum, vel literas impetratas secus si rasura est in narratione iur. extra de fide instru. c. ex literis. ¶ Sed rasura paucarum literarum que sapientis animum in dubitationem non inducit, non nocet: vt extra eo. c. fin. sicut esset vitium syllabe vel defectus litere: vt. ff. de manu. test. l. qui habebat. extra de fid. instru. c. inter dilectos. sed rasura in loco suspecto bene suspicionem falsitatis inducit. extra de priuil.

6 c. cū olim. de rescrip. c. olim. ¶ †Sunt & alia que literas prelatorum vel pape reddunt suspectas vt quando sunt sigillate alieno sigillo. extra de appel. c. significante. ¶ Itē si litere vel instrumentum secundo inductum est contrarium alteri prius ab eodem inducto. C. de fi. instru. l. scriptura. extra de fid. instru. c. imputari. ¶ Item litere papales suspecte si in eis est mala grammatica. extra de rescript. c. ad audiētiam. ¶ Item quando sunt impetrate per aliquem non habentē speciale mandatum. extra de rescrip. c. nonnulli. & c. ex parte. ¶ Item si habebat sigilla falsa. extra de fide instru. c. inter dilectos. ¶ Item si litere papales vel instrumēta publica non habeant annum mensem & diem quo facte sunt indictionem & locum & similia: vt in auf. vt prepo. no. imper. §. j.

7 & ij. & fin. ¶ †Reprobantur autem instrumenta & litere fore falsa si probatur aliter rem fore gestam quam in ipsis literis vel instrumento continetur. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere. C. de pact. l. cum precibus. C. plus vale. l. fin. extra de fid. instru. c. cum Ioannes. ¶ Item quando est rasum & per manum alterius persone scriptum & remissum vel si est interlineatura vel cancellatura vel quid simile: vt. d. c. inter dilectos. C. de edic. diui adria. tol. l. fi. ff. de proba. l. chirographa. de his que in testa. delen. l. j. ¶ Vitium grammatice licet vitiat literas papales, non vitiat instrumenta nec testamenta, nec acta. C. de testa. l. error. l. quoniam. & l. nō dubiū. & l. preposteri. & l. ambiguitas. ¶ Item vitiatur instrumentum si ab vno incipiatur & ab alio compleatur. C. de fide instru. l. comparitiones. & in auf. de fid. instru. §. si vero. ¶ Itē si vnus scribit instrumētum & alius apponit signum suum. extra de priuileg. c. cum olim. propter questiones. ¶ Item quando testis scriptus in instrumēto cōtradicit instrumēto

a ¶ Falsitas. Adde tu & vide quot modis capiatur falsitas p̄ Lepol. in consil. xxv. col. iij. versi. nec obst. argu.

b ¶ Reprobata pecunia. Adde tu & vide Alexā. in consi. ciiij. in. j. volumi.

c ¶ Tacet verum. Adde tu Bald. in. l. p̄sbyteri. C. de epis. & cle. & in c. j. in. j. consil. in ver. veritate relata. in ver. si de inuesti. inter domi. & vasal. lis orta. & p̄ Barth. Lepo. in cōsil. lxj. col. ij.

ff. quemadmo. testamen. aperiã. l. j. in fin. ¶ Item si non habet legitimum numerum testium: vt in authenti. de fide instrumen. §. oportet. ¶ Item quando testes non fuerũt presentes negotio vel non rogati in talibus in quibus debent esse rogati: vt in testamentis ꝛ similibus: vt in authen. de fi. instrumen. §. si quis igitur. ꝛ C. de testib. auf. rogati. vbi de hoc. ¶ Item quãdo inuenitur subsignatum vel subscriptũ nisi dicatur. ff. ad legem corne. de fal. l. Paulus. ¶ Itẽ quãdo instrumentum est incisum. ff. si tabu. testa. nul. extra. l. j. §. penul. ¶ Item vitiatur ꝛ non valet quando exemplum instrumenti producitur ꝛ non originale nisi fuerit exemplatũ iudicis autoritate: vt. C. de edẽ. auf. si quis in aliquo. vbi de
a hoc. ¶ Item si probetur[a] quod tabellio qui confecit instrumentum erat mortuus ante confectionem instrumenti vel aliquis ex testibus vel ex contrahentibus vel die cõfecti instrumenti erat alibi continue vel in loco: ita quod nõ potuit esse in loco contractus vel quid aliud probetur: nam ꝛ tunc reprobatur instrumentum: vt. C. de contrahen. stipu. l. optimam. extra de proba. c. tertio loco. ꝛ idem in similibus casibus dici potest.

a ¶ Item si probetur. Adde ꝙ etiã quãdo instrumẽtum continet cõtrarietatem ꝛ repugnantiam presumitur falsum. Barto. in .l. scriptura. C. de fide instr. Moder. in c. imputari. eod. ver. ꝛ d. Franci. Aret. in cõsi. vij. col. ij. ꝛ adde vnũ not. ꝙ dicũt Archid. ꝛ Domini. de sancto Geminiano. in .c. in memoriã. x. distinct. vbi inerunt falsi suspicio habetur pro veritate, ꝛ dictum refert: ꝛ sequitur Alexã. in consil. lxxvij. col. ij. in .j. volu.

8 ¶ †Sed quid dicemus in notario qui falsum confecit instrumentum quali pena punietur. Respon. dicunt quidam quod manus debet ei incidi sicut est in executore: vt in auf. de manda. prin. §. cogis eos. vt in eo in quo delinquunt puniantur. C. commu. de succes. auf. peregrini. ¶ Item de iure Lombardo. debet amittere manum: vt in Lombar. de eo qui fecit falsum instrumentũ. l. j. ꝛ ij. ¶ Alij dicunt quod debet puniri generali pena falsi que est deportatio. ff. eo. l. j. §. fina. in cuius locum successit bannum perpetuum: vt not. insti. quibus mod. ius pat. potesta. sol. §. relegati. autẽ. ꝛ insuper fit infamis ꝛ ab officio notariatus perpetuo prohibetur. C. de suscept. ꝛ archa. l. si quis aliquid. lib. x. in auf. de arbi. §. fina. Nec instrumenta per ipsum confecta postꝙ de falso fuerit condemnatus valebunt. arg. C. de episco. ꝛ cleri. l. placet. l. quicunqꝫ. ꝛ arg. ff. de fur. l. non poteris.
9 de iniur. l. diuus. ꝛ hoc verius videtur. ¶ †Sed quid si instrumentum est in aliqua sui parte falsum nunquid in toto debet haberi pro falso. ¶ Respon. debet haberi in toto pro falso nisi probetur verum. C. de probat. l. penul. ꝛ idem dixit Bulg. per. l. ij. de fid. instru. ꝛ idem dicit Inno. ꝛ ipse not. extra de hereti. c. fraternitatis. ꝛ idem dicit Iac. de are. quod cum instrumentum sumpsit vires a fide tabellionis qui nisi se conscriberet esset priuata scriptura: vt. C. qui pot. in pign. hab. l. scripturas. cũ in vno articulo inueniatur falsum non debet in alio fides adhiberi. extra de rescrip. c. ad audiẽtiã. ¶ Alij vt doctor meus Ugo de massijs ꝛ Tãcredus dicũt qꝫ si in vno instrumento sunt plures articuli separati vnus ab altero quod tantum illa pars siue articulus erit falsus: quia non debet ratione partis totũ vitiari. ff. de mino. l. etiã. §. ex causa. C. de transact. l. si ex falsis. vbi de hoc. ¶ Si vero non haberet articulos separatos tunc si falsitas est vbi est vis totius instrumẽti: ꝛ in totum tunc habetur falsum: vt in d. l. si ex falsis. ꝛ C. de testa. l. si vnus. C. de edic. diui adri. tol.
10 l. fi. cum simi. ꝛ hec opi. magis placet. ¶ †Sed quid si in instrumento contineatur. M. simul. B. confessus fuit habere in deposito a Io. lib. x. ꝛc. ꝛ postea reperiatur quod dictus B. tunc temporis erat mortuus nunquid tale instrumentũ erit falsum. ¶ Respõ. sic videtur quia veritas immutatur: vt in auf. de fide instru. §. j. circa princi. ¶ Sed doct. dicunt quod tale instrumentum non est falsum: quia debet subaudiri. M. filius quondam. B. argu. C. de testamen. l. vlt. ff. de dam. infec. l. si finita. §. sed si forte. ibi dominus, id est quon-
11 dam. ff. de publi. l. cotem. §. in literarum. ¶ †Sed quid si in instrumẽto deest litera vel syllaba vel dictio aliqua nũquid per hoc vitiabitur instrumentum. Respondeo non nisi per talem defectum subuertatur sensus vel intellectus vel veritas alias secus esset. extra de fide instru. c. ex parte. ff. de mi-
12 no. l. qui habebat. ¶ †Sed nunquid potest iudex instrumẽtum falsum coram se exhibitum retinere ꝛ comburi facere. Respondeo sic ſm Uber. argu. ff. de tabu. exhiben. l. fina. C. de fal. l. penul. nam ad ipsum pertinet facere ne illicita committantur. ff. de offi. presid. l. illicitas. ꝛ eius officium latissi-
13 mum est. ff. de iurisdic. omnium iudi. l. j. ¶ †Sed si quis vtitur aliquo instrumento suspecto, sed non falso scienter nunquid de falso punietur. Respondeo non videtur sed instrumentum viribus caret ꝛ reijcitur. C. de testi. l. nullũ. C. de fi. instrumen. l. si veteris. de hoc nota. in auf. de non alienan. re-
14 bus eccle. §. quia vero verisimile est. colum. ij. ¶ †Sed quid si instrumentum est falsum ibi vbi non est vis instrumẽti an ille qui fecit vel vtitur dolose puniatur de falso. Respondeo ꝛ videtur quod sic. argumẽ. ff. eo. l. si quis legatus. ff. si quis cautio. l. qui autem. §. j. de edẽ. l. ij. §. j. de arbit. l. cum pena. §.
15 j. cum simi. ¶ †Sed quid si produxit testes falsos. Respondeo si scienter ꝛ dolose fecit tenetur alias non. C. eo. l. nec exemplum. sed nõne dolus presumitur contra vtentem. argu. extra eo. c. ad falsariorum. Respondeo quod loquitur in instrumento: sed aliud in testibus: quia non potuit sibi prouidere quid essent dicturi sicut in instrumento potuit. ¶ Sed si post publicationem testium dictum fuit producenti quod testes erãt falsi ꝛ apertis attestationibus ipse interrogatur si vult vti dictis talium testium: ꝛ respondit quod sic: et sic vsus fuit: tunc tenetur de falso: quia postꝙ certificatus est quod testes sunt falsi non potest dicere quod ignoranter fecerit. Unde non habet excusationem. argumẽ. C. de rei vendica. l. si fundus. ꝛ institu. de rerum diuisio. §. fina. ꝛ dicta. l.
16 nec exemplum. C. de falsis. l. maiorem. ꝛ. l. si falsus. ¶ †Sed pone quod dico. Ego. M. dico ꝛ protestor quod instrumentum quo vtor scriptum manu talis notarij sub anno domini. M. indictio ꝛc. vel dicta testium quibus vtor si sunt vera ꝛ recta tunc pro veris ꝛ rectis vtor ꝛ vti intẽdo: sed si apparuerit in processu quod instrumẽtum quo vsus sum esset falsum vel dicta testium tunc nolo vsus esse dicto instrumento vel dictis testium: ꝛ proinde esse volo ac si vsus non fuerim dicto instrumento vel testis antedictorum testium. argumẽ. extra de crimi. falsita. c. ad falsariorum. tunc non teneor de falso. Et si aduersarius diceret certifica me si velis vti vel ne. ¶ Respondeo quod non teneor: quia possum respondere cum protestatio: vt supra, ꝛ valet talis protestatio de iure. argumen. C. de exercl. l. si quidem. ꝛ ff. de oper. noui nuntia.
17 l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ¶ †Et not. quod tali premissa protestatio. si apparebit dictum instrumentum esse verum vel dicta testium potero vti ꝛ habebunt vim ex virtute dictionis tunc que extremum temporis significat. ff. de conditio. ꝛ demonstratio. l. iiij. §. fina. de vulga. substitutio. l. in substitutione. ¶ Si autem simpliciter dicatur nolo vti: et postea vellem vti in processu non possum aliqua ratione: vt C. de testi. l. si aduersarius. C. de falsis. l. falsos. cũ similibus.
18 ¶ †Sed quid si cautum est per statutum quod si quis produxerit testes falsos scienter puniatur de falso in centũ lib. quidam produxit plures testes inter quos produxit vnum falsum nunquid punietur de falso. ¶ Respondeo nõ videtur quia statutum dicit testes in plurali numero, ꝛ iste non produxit plures sed vnum: ꝛ a verbis statuti non est recedẽdum. ff. ad municipa. l. constitutis. ff. de lega. iij. l. non aliter. ¶ Econtra quod sic quia pluralitas restringitur ad singularitatem. C. de administratio. tut. l. tutores. de verbo. significatio. l. non est sine liberis. ff. de lega. iij. l. qui concubinam. §. si stichus. vi bonorum raptorum. l. pretor. §. si dolo. ibi, sed
19 vnus ꝛc. ꝛ hoc verius. ¶ †Sed quid ex forma statuti cautum est quod si notarius confecerit instrumentum falsum: quod puniatur in decem lib. Ipse plura fecit acta alicuius cause: vel falsauit ea. nunquid pena statuti punietur. ¶ Respondeo sic videtur quia appellatione instrumentorum etiã acta continentur. ff. de fide instrumento. l. ij. ff. de verborum significa. l. necessitatem. §. instrumentorum. Sed potest dici de stricto iure cum statuta sint stricti iuris: vt. ff. de exercito. l. j. §. cum igitur. de lega. iij. l. non aliter. quod non puniatur secundum formam statutorum: sed secundum penam iuris communis pena falsi sit puniendus vel deportandus: vt. ff.
20 eod. l. j. §. in rationibus. ꝛ §. fin. ꝛ. l. Paulus. ¶ †Sed quid si notarius qui est notarius ꝛ officialis: et scribit acta ꝛ processus ꝛ dicta testium: permittit parti aduerse legere dicta testium ante publicationem: an teneatur pena falsi. ¶ Respondeo sic videtur. argumẽ. ff. eodem. l. j. §. si is qui. ff. de penis. l. si quis aliquid. §. instrumentum. ꝛ §. sequen. ff. de iudi. l. si pretor. §. Marcellus. ff. de extraordi. criminĩ. l. saccularij.
21 §. j. cum similibus. ¶ †Sed quid quidam produxit falsos testes dolose: ꝛ de hoc accusatur producẽs ad sui defensionem dicit ꝛ allegat dicta testium non valere: qui et iurauerunt parte absente ꝛ non citata: ꝛ sic nõ preiudicat dictum ipsorum. extra de testibus. c. ij. C. eodem. l. penulti. nunquid iste producens condemnabitur de falso. ¶ Respondeo nõ: puto quia talis facultas nõ obfuit alicui. ff. quod quisqꝫ iuris. l. j. in fin. argumen. ff. de furtis. l. impuberem. §. j. ꝛ. l. non putauit. §. non queuis. ff. de contratabulis. cum similibus. ¶ Et quidem idem videtur dicendum si testes dicunt falsum: extra intentionem: ꝛ extra capitula super quibus producti sunt: quia tale testimonium non preiudicat nec valet. C. qui legi. perso. stan. in iudi. nõ habent. l. momentanee. nec possunt producentes condemnari de falso argumento dictarum legum: ꝛ ita fuit de facto cõsultum: ꝛ plures doctores concor-

res concordauerunt in hoc. ¶ Non obstat si dicatur quod
voluntas z actus habentur pro facto: vt. ff. de fica. l. diuus.
z. l. in lege. quia istud habet locum in grauibus delictis in
quibus imponitur pena corporalis sed in alijs secus: vt no-
ta. C. de his qui ad eccle. confu. l. presenti. circa principium.
22 ¶ † Sed quid si testis inductus super pluribus capitulis
a dicat falsum super vno[a] an in alijs reprobatur tanquam falsa-
rius. ¶ Respondeo dicunt quidam quod sic: nec est in alijs
fides adhibēda: vt. ff. de testibus. l. qui falsa. C. eodem. l. eos.
de suscep. z archa. l. si quid. de hoc not. extra de hereti. c. fra
ternitatem. per Innocen. z est in hac opinio. ¶ Alij dicunt
contra z quod super illo articulo: z non super alijs reproba
tur quando articuli sunt diuersi z separati. argu. de trāsac.
l. si ex falsis. de tempo. appel. l. per hanc. ff. de mino. l. etiam.
z. ff. familie ercicun. l. in hoc iudicio. z de hoc notatur extra
de regu. iur. c. defleat. ¶ Alij dicunt aut dixit falsum circa
substātialia negotij, scilicet in tempore vel loco vel alibi vbi
pendet vis negotij: z tunc sit vera opinio vt repellatur in to
tum: aut vero super aliquo in quo non dependet vis nego-
tij z tunc repelletur tantum super illo articulo super quo fal
sum dixit: vt dicta. l. si ex falsis. quia facultas probatiōis est
augmentanda zc. l. quoniam. C. de heret. ff. de testi. l. curent.
23 cum similibus. hoc etiam magis placet. ¶ † Sed quid qui-
dam produxit instrumentum ad probandum de iure suo: in
quo deficit dies indictio: vel locus vel quid simile nunquid
punietur de falso. ¶ Respondeo non: quia in omittēdo nō
est falsitas: nisi hoc dolose faciat. ¶ Sed videtur quod sit
error qui non preiudicat. ff. de regu. iuris. l. si librarius. C. de
testamen. l. error. de erro. aduo. l. ij. Sed in mutando vel ali-
ter scribēdo committitur falsum: vt in auf. de fide instrumē.
circa principium. Preterea hoc nulli nocet, nec producenti
24 prodest zc. ff. quod quisque iuris. l. j. in fin. ¶ † Sed quid qui-
dam debet facere instrumentum inter te z me super aliquo
negotio z in mei fauorem a me requisitus nō vult facere in-
strumentum: nunquid falsum committit: z de falso tenetur.
b ¶ Respon. sic eoipso quod facere negat.[b] argumen. ff. eod.
l. paulus. z. l. qui te. cum similibus. ¶ Sed si dicit quod non
recordatur quid facere debeat nunquid de falso tenetur et
falsum committit. ¶ Respondeo sic videtur per iura supe-
rius allegata: vt in. l. Paulus. in fin. cū in facto proprio non
sit tolerabilis ignorantia. ff. pro soc. l. fina. Alij distinguunt:
aut est homo bone fame z conditionis: z tempus est de lon-
ginquo: z tunc non tenetur de falso propter tēporis lapsum
z imbecillitatem memorie. argumen. ff. de carbonia. edict. l.
ij. §. due. ff. de probatio. l. si arbiter. cum similibus. ¶ Si au-
tem est male fame z assuetus alias talia facere z similia: et
tunc teneatur: nam qui semel malus zc. ff. de accusatio. l. si
cui. §. ijsdem. de suspec. tuto. l. tutor. §. nunc videamus. cum
25 similibus. ¶ † Sed quid quidam notarius fuit condemna-
tus de falso et quod nihilominus decetero possit facere in-
strumenta alia post talem condemnationē: nunquid postea
confecta valebunt. ¶ Respōdeo videtur quod sic: cum hoc
sit dictum. argnmen. ff. de lega. ij. l. si quis in principio testa-
menti. §. miles. quia verba debent aliquid operari. ff. de le-
ga. j. l. si quando. ¶ Sed tu dic contra: quia talia instrumen
ta non valent nec talis sententia potuit facere qd valerent:
quia casus legis est quod non valeant. C. de suscep. z archa.
l. si quid. z est argumen. C. de episco. z cleri. l. placet. ff. de fur-
26 tis. l. non poterit. de iureiur. l. diuus. ¶ † Sed quid si produ
citur instrumentum in quo scripti sunt duo testes quorum
est vnus infamis: vt quia damnatus est de publico iudicio
nunquid tale instrumentum est falsum. ¶ Respondeo non
quia per hoc non mutatur veritas quod requiritur ad hoc
vt sit falsum. in auf. de fide instrumento. circa principium.
sed tamen instrumentum non valet, vt not. ff. de testi. l. scio. z
sequen. z de testibus. l. ij. §. fina. z institu. de testamen. §. neque
27 mulier. ¶ † Sed nunquid per alium testem non condemna
tum poterit probari illud quod in instrumento continetur
verū esse. Respōdeo sic: quia sic essent duo testes quod suffi-
cit. ff. de testib. l. vbi numerus. z talis probatio bene admit-
titur. extra de fide instrumento. c. cum Joannes. circa me-
28 dium. ¶ † Sed nunquid sufficit vnus testis cum notario in
instrumento publico ad hoc vt valeat instrumentum. Re-
spondeo dicunt quidam quod sic: quia tabellio habetur lo-
co duorum testium. extra de probationi. c. quoniam contra
falsam. ita quod ille alius testis erit loco tertij testis. ¶ Un-
de bene valet z duo regulariter sufficiunt: vt. ff. de testibus.
l. vbi numerus. vnde illud in ore duorum vel trium stat om-
ne verbum. Et hoc in casu vbi non requiritur numerus te-
stium: sed in alijs casibus secus. ¶ Alij dicunt contra: quia
certi sunt casus in quibus tabellio habetur loco vnius te-
stis: z in illis casibus debet computari loco vnius testis: et
non in alijs: qui casus notan. ff. de testamentis. l. domitius.
29 z hoc verius puto. ¶ † Sed quid quidā dolose fecit instru-
mentum falsum: in quo deficiebat mēsis indictio vel locus:
z sic non valet de iure: vt in auf. vt prepo. nomē impe. an iste
punitur de falso. ¶ Respon. secundum Jaco. de are. quod
non quia tale delictum non potest habere effectum cum ta-
le instrumentum non valeat: vnde penam non meretur. ar-
gumen. ff. eodem. l. impuberem. §. si ei. ff. de verborum signi-
ficatio. l. sepe. in fine. ff. de penis. l. si quis. §. testium. de furt. l.
inter omnes. §. recte. ff. de iureiuran. l. item Labeo. §. si cura
uerit. vbi de hoc. ¶ Sed tenetur ad damnum persone lese
ex tali instrumento propter suam imperitiam: vt institu. ad
legem aquiliam. §. imperitia. ff. ad legem aquiliā. l. si seruus
seruum. §. si calcem. z. §. si quis. z. l. qua actione. §. fina. et. l. si
30 decurio. ¶ † Sed quid ordinatum est per statutū: quod nul
lus notarius faciat aliquod instrumentum in fauorem ali-
cuius exbāniti sub pena centum librarum: z si fecerit quod
tale instrumentum non valeat: contingit quod quidam fe-
cit tale instrumentū nunquid de falso punietur. ¶ Respon
deo non: quia non commisit falsum per hoc cum falsitas sit
veritatis commutatio zc. in authen. de fide instrumen. cir-
ca principium. ¶ Item quia tale instrumentum non valet
statuto prohibentē: z non potest hoc tale delictum vires ha
bere. ff. quod quisque iuris. l. j. de iniurijs. l. item apud labeo-
nem. §. si curauerit. vbi de hoc sed pena punietur statuti in
31 quam commisit. ¶ † Sed quid quidam Florentinus man-
dauit quendam amicum suum: vel familiarem ad faciendū
fieri instrumentum falsum alibi in alia ciuitate vel loco, vel
aliud maleficium: z factum fuit ita quod maleficiū habuit
effectum: queritur vtrum de maleficio tali cognosci debeat
Florentie: vbi tractauit de tali maleficio fiendo vel in loco
vbi commissum fuit. ¶ Respond. quod potest accusari, co-
gnosci, z puniri Florentie, ratione sui domicilij z delicti ibi
tractati, cum z ibi videatur deliquisse. argumen. ff. de actio.
z obliga. l. contraxisse. C. vbi de crimi. agi opor. l. j. ¶ Po-
test etiam cognosci z puniri in loco delicti commissi: cum et
ibi sortiatur forum: vt in auf. in prouincia. C. vbi de crimine.
32 z extra de iudi. c. fina. ¶ † Sed quid si iste qui deliquit vult
potius conueniri Florentie quam alibi: an est audiendus.
¶ Respondeo z videtur quod sic: quia ibi potius principa
sit manifestū ⁊ notoriū ⁊ manifeste ⁊ palā publice ⁊ notorie
cõmissum ⁊ perpetratū: vnde petit per vos dictū. A. puniri
⁊ cõdēnari s̄m formā iuris ⁊ omni via iure ⁊ forma quibus
melius fieri potest. Nā tūc in tali notorio debēt solūmodo te
stes examinari: ⁊ si probatū fuerit illū deliquisse, eū cõdēna-
re s̄m probata ⁊c. ¶ Si autē in presentia iudicis factū est ⁊
aliorū vltra. x. vel. xv. homines, vt dictū est: tunc nõ est opus
a probatione, sed debet ille citari vel ad sententiā audiendā[a]:
nā tunc in tali notorio ordo iuris est ordinē nõ seruare. extra
13 de iureiurā. c. ad nostrā. de accu. c. audientia. ¶ †Sed an in
alio notorio crimine vbi testes sunt examinandi debet accu
b satus vel inquisitus citari[b] ad vidēdū iurare testes. Respõ.
dicūt quidā ꝙ sic: aliàs nõ valeret. extra de testi. c. ij. cum simi.
¶ Alij dicūt cõtra ꝙ citatio est de ordine iuris: ⁊ in istis nõ
est seruādus ordo iudiciarius: vt dictū est. ⁊. d. c. ad nostrā. ⁊
14 ij. q. j. cum manifesta. cū simi. ¶ †Aliud est notoriū presum-
ptio. sicut est paternitas ⁊ filiatio que nõ potest vere proba-
ri: vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. lucius. sed probatur per presum
ptionem. ¶ Unde si vir ⁊ vxor aliquem nutriuerint tanꝙ̄ fi
lium nominando ⁊ vocādo ipsum filium dando ei alimēta,
vt filio ⁊ alia similia faciendo tanꝙ̄ parentes filio faciūt, vt
pro filio habeatur. ¶ Et idem dicendū est si nascatur in do-
mo viri ⁊ vxoris vicinis hoc dicentibus, ⁊ credētibus vere
illum esse filium vel eum esse natum vt filium in domo viri ⁊
vxoris. C. de nupt. l. si vicinis. Nam filium dicimus quē de-
monstrat matrimonium viri ⁊ vxo. vt dictum est si probetur
per vicinos. extra de proba. c. per tuas. ⁊ qui fil. sint legiti. c.
cum causam que. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium.
¶ Sed tamen si negetur fil. necessaria est probatio: vt dictū
15 est. extra qui fil. sint legiti. c. transmisse. ⁊ ibi not. ¶ †Item si
testator nominet aliquem filium suum in suo testamento sta
tur nominationi, vt presumatur filius donec contrariū fue-
rit probatū. C. de na. lib. aut. si quis item. extra qui fil. sint le-
16 gi. c. per tuas. dic vt ibi. ¶ †Est ⁊ alia consanguinitas inter
cõsanguineos ⁊ cõiunctos: nam cõsanguinitas dicit̃ noto-
ria presumptiue: vnde si aliqui vocāt se cõsanguineos ⁊ cõ-
iunctos presumitur qđ ita sit dūmodo inter vicinos ita ha-
beatur. arg. dictorum iurium. ⁊ extra de diuor. c. porro. §. j.
⁊ statur illi tali presumptioni: si tamen negetur cõsanguini-
tas vel genus necessaria est probatio. ff. de proba. l. j. ⁊ fi. ⁊. C.
eo. l. non exemplis. facit. C. de testa. l. neqꝫ. ⁊ ad dicta proban
17 da sufficiunt duo testes: vt. ff. de testi. l. vbi. ¶ †Sed qualiter
c fiet ista probatio[c]. Respondeo hoc modo.

Intendit

a ¶ Audiendam. Adde tu ⁊ vide an anteꝙ̄ sententia ferat̃ sit requirē. declaratio notorij p̄ Frāci. are. in consi. clxv.

b ¶ Citari. vide tu de hoc p̄ Are. in d. consi. clxv.

c ¶ Ista p̄batio. Adde ⁊ vide per Alex. in consi. lj. in. j. volu. col. j. in fin. ⁊ seq. ⁊ ibi qđ sufficit ꝙ p̄betur quasi possessio filiationis, et cõis opi. ⁊ ibi vide capitula. ⁊ adde eūdē in cõsil. lxxiiij. colū. j. ⁊ consi. xc. ver. circa secūdū. in. j. col. in. ij. vol. ⁊ in cõsil. lxxxvij. col. pen. ver. alia char. ⁊ in. iij. vol. vbi de nominatione facta p̄ patrē in testamēto,

Intēdit pbare & fidē facere M. q ipse est vel fuit filius Alberti & dñe Joan. f. q. Galeā vxor. dicti A. & fuit habitus & tractatus pro filio dictorum A. & Jo. & qd ipsi tenebant & tractabant eum vt filium dando sibi alimenta vestes & alia necessaria et alia faciendo: que parentes faciunt suis filijs: & ita habetur & tenetur. & est habitus & tentus pro filio predictorū & côuicinis & alijs gentibus, & qd natus fuit in domo predictorum posita in ciuitate Mantue in tali loco penes tales. Itē qd de predictis est publica vox & fama. ¶ Et idem dico in probando cōsanguinitatem qd talis est habitus pro cōsanguineo talis: & qd nominant se & consueti sunt nominare se adinuicē pro consanguineis & coniunctis: & adinuicē diligere & tractare tanq̄ consanguinei faciūt. Et qd tenent & habentur & habiti sunt pro cōsanguineis per vicinos & alias psonas. ¶ Itē qd de predictis est publica vox & fama. Et hoc modo probent similia.

12 ¶ † Itē no. q in probanda filiatione etate & consanguinitate admittunt parētes cōsanguinei & vicini. ff. de proba. l. etiā matris. extra de his qui ma. accus. pos. c. videt. xxxv. q. vj. c. j. & ij. quia ipsi melius sciunt veritatē: vt in dictis iuribus. Facit. C. de nup. l. vicinus. extra de testi. c. super eo. de spon. c. cū in tua. cum si. ¶ Et de ista materia not. extra, de coha. cle. & muli. c. nostra. & c. tua nos. & de elec. c. per inquisitionē. & ij. q. j. c. de manifesta. & ibi not. Bonifacius.

¶ De citatione accusati vel inquisiti. Rubrica.

1 ☞ Accusatus vel inquisitus qualiter sit citandus.
2 Iudici nullus debet exhiberi nisi de mādato iudicis cōstet.



Videam' qualiter in criminibus† accusatus vel inquisitus sit citandus. Et quis citandus est de mandato^a iudicis: de quo mandato et cōmissione debet ɔstare in actis. C. de exhi. reis. l. neminem. ratio est quia ei non creditur nisi quatenus constet in actis. vt extra de pba. c. quoniam cōtra falsam. ff. de penis. l. absentem. et qd in criminalibus debeat quis pluries citari. ff. de publi. iudi. l. inter accus. & per interualla dierum. facit. l. absentem. Ibi sepius moniti &c. ff. de fer. l. fi. sed de consuetudine non seruat, imo arbitrarie faciunt assessores. arg. C. de proba. l. siue pars. sed illa videtur loqui in ciuilibus.

2 ¶ † Et not. qd nullus debet exhiberi coram iudice, vt dictū est: nisi de mandato iudicis constet: vt. d. l. neminem. quia rigor iuris est obseruandus cum sit in medio cōstitutus: vt. C. de iude. l. nullus. Et hoc regulare est. Fallit tamē in certis casib' in quib' licitū est sibi facere ius, quos cas' notaui supra de psonis q̄ pñt offendi sine pena. Cōmissio autē fit h̄ mō.

¶ Forma citatio. accusati vel inquisiti. Rubrica.

3 Citationem contra accusatum vel inquisitum qualiter committat iudex.



3 In dei eterni nomie Amen. Anno a natiuitate &c. die. x. mēsis Maij. † Jo. iudex maleficiorū cōis Mātue sedens pro tribunali in palatio dicti cōmunis ad banchū maleficiorum pro iure reddendo imposuit & cōmisit. M. publico & iurato nūcio dicti cōmunis q ex sua parte vadat & requirat Jo. de licitia filiū tal'. accusatum per talem vel inquisitū per. d. iudicem super tali maleficio personaliter vel ad domum sue habitationis qd intra tertiam diem vel quintam compareat coram dicto domino iudice in palatio cōmunis ad dictū banchum maleficiorum personaliter: vel per legitimum pcuratorem ad se defendendum a dicta causa vel inquisitione. & de his quibus accusatus est vel inquisit' ab his que in dicta causa vel inquisitione continentur. ¶ Alioquin dictus. d. iudex procedit cōtra eum eius cōtumacia vel absentia nō obstante vel quantum prout de iure poterit & debebit.

¶ Forma relationis correrij vel nuncij. Rubrica.

4 Relationis correrij vel nuncij forma.
5 Personaliter cōparere p quo delicto qs teneat & p quo nō.
6 Iudex an possit cōmittere nūcio die sabbati vt aliquē citet.
7 Citatio facta die feriata vt compareat die nō feriata: an valeat: & quid si fiat die non feriata vt compareat vsq ad diē dominicam an valebit.
8 Citatiōe facta ex parte plurium iudicū cui est obediendū.
9 Citatio q̄liter fieri debeat: & ad q̄ domū q̄n plures habet.
10 Citari vbi qs debeat q̄n cōmisso delicto mutauit domiciliū & quid facit iudex volens citare quē extra suum territoriū.
11 Citatio quantum tempus continere debeat.
12 Citatus non potens sine periculo persone cōparere propter inimicos quos habet in loco ad quem citatur.
13 Relationi citationis vnius nuncij: an stetur.
14 Accusato vel inquisito cōparēte sine citatione an processus vel sententia valebit.
15 Expulsi de suis ciuitatibus qualiter citari debeant.
16 Citatio an recipiat probationem in contrarium.
17 Accusatur Petrus qd cōmisit homicidiū Cremone: ille negat & dicit illud fuisse cōmissum Placētie: an prius cognoscetur de isto incidenti & quomodo.
18 Locus maleficij an debeat designari hoc petente accusato.
19 Citatus ad comparendum: non apposito aliquo tempore: quomodo comparebit.
20 Citatus vt compareat incontinenti: quomodo comparebit.
21 Citatus vt compareat extra iurisdictionem suam: qd faciet.
22 Citationi que debeat inseri.
23 Citatus sine loci designatione ad quem locum ibit.
24 Citatione cadente in die feriata: quando cōparebit citat'.
25 Citatio ad cuius instantiam fieri debeat.
26 Citato cōparēte si nō cōpareat q facit citare: qd erit faciēdū.
27 Citationis dies an computatur in termino.
28 Citatus excusatur multis modis si nō compareat.
29 Primo excusatur citatus ratione immunitatis quam habet in loco ad quem citatur.
30 Item quando citatio fit extra iurisdictionem citantis.
31 Item q̄n citatus impedit per actorē vel accusatorē ne citatio possit ad ipsum peruenire, vel impedit in itinere.
32 Item quādo sunt plures iudices eiusdem nominis in eo palatio. & cōparet coram vno pro alio.
33 Item quando vnus iudex delegat' citat de cōsensu alteri'.
34 Item quando citatur ad locum non honestum.
35 Item quando citatur ad locum non tutum etiam si habeat literas de saluo conductu.
36 Itē q̄n est occupatus circa rem rusticā existentē in periculo.
37 Item quando impeditur magna valetudine.
38 Itē q̄n impedit vi fluminis tēpestate & alijs de quibus ibi.
39 Item quando citat mulier que pregnans est prope partum, vel peperit et iacet in partu & similibus.
40 Item quando prius est citatus a maiori iudice.
41 Item an excusabitur ratione caloris extremi.
42 Item quando expoliatus est nisi prius restituatur.
43 Item quando citatur hora incongrua.
44 Item quando citatio est nimis breuis.
45 Item quando citatur coram iudice qui est suus inimicus.
46 Item quando citatus est in carcere vel vinculis.
47 Item generaliter quando habet iustam causam excusationis comparendi: & an debeat mittere excusationem & facere fidem de impedimento.
48 Item an leuis febricula excuset.
49 Item an leue impedimentum excuset.
50 Commissio & citatio an debeant scribi.
51 Citatio an sit de substantialibus iudicij.

a ¶ De mandato. Adde Barto. in l. fi. C. de iure do. in penult. col. in l. si quando. quē vide. C. de testi. et an talis commissio presumatur. vide additionez infra in. §. de forma relationis nūcij. in fin.



4 De tali cōparuit dict' † M. nuncius dicti cōmunis corā dicto dño iudice p tribunali sedēte ad dictū bāchū maleficiorū in palatio dictis cōmunis p iure reddēdo & corā me notario illic existēte ad dictum officium exercēdum retulit dicto domino iudici & mihi notario se citasse & requisiuisse dictum Jo. accusatum vel inquisitum personaliter ad domū sue habita. vt intra tertiā diem vel diem quintā cōparere debeat corā dicto dño iudice in palatio dicti cōmunis ad banchū maleficiorū ad se defenden. & excusandū a dicta accusa vel inquisi. prout

5 et sicut in dicta cōmissione plenius cōtinetur. ¶ † Et not. qd dixi personaliter quia si est tale delictū ex quo imponatur pena corporalis vel alia vltra relegationē qd tūc debeat personaliter cōparere & nō per procur. nisi ad allegandū causas absentie. & ad exceptiones opponendas & ad similia vt not. s. de procur. ¶ Sz si pena pecuniaria vel alia pena infra relega. esset imponenda. tūc per procur. posset cōparere ad totā causam, vt. ff. de pcu. l. seruū quoq. §. publi. ff. de accus. l. e. §. ad crimen. cum si. ¶ † Sed nunquid iudex potest cōmittere die sabbati nūcio cōis vt citet aliquē. ¶ Rñ. in ciuilibus

non:vt.ff.de ferijs.l.j.⁊ si facit non valet.C.de feri.l.oẽs dies.
nisi in casibus.ff.e.l.ij.⁊.l.eadem.¶ Sed in criminalibus et
maxime contra latrones ⁊ si.dicit̃ qđ possit:vt.C.de ferijs.l.
puinciarũ.⁊ in lombarda.de ferijs.l.quotidie.⁊.l.agitur.⁊
in aut.vt iud.sine quoquo suffra.§.opz.ibi festiuis quoqz die
bus.coll'.ij.⁊ hoc de iure ciuili:sed de iure canonico secus:vt
7 extra de ferijs.c.fin.¶ †Sed quid si citetur quis die feriata
vt cõpareat ad diem non feriatam.¶ Respon.non videtur
valere.C.de ferijs.l.oẽs nisi forte in maleficijs vt dictum est.
Sed de iure canonico secus vt dicto.c.fi.⁊ est ratio quia cita
tio est de substantialibus proces.extra de proba.c.quoniã cõ
tra falsam.et processus factus die feriata non valet.vt extra
de fe.c.fi.cõtra hãc determina.videt̃ tenere Bar.in.l.miles.
§.lx.ff.de adult.quẽ vide.¶ Quid si fiat die nõ feriata vt cõ
pareat vsqz ad diem dominicã,tunc videt̃ valere:quia põt
ante cõparere etiã non die feriata.extra de do.⁊ cõtuma.c.
8 cum dilectus.ibi volẽtes ⁊c.extra de accus.c.veniẽs.¶ †Sz
quid si citatur ex parte plurium iudicũ.respondeo videt̃ qđ
illi debeat prius obedire qui prius fecit illum citari.ar.extra
de or.cog.c.ij.¶ Sed si non constat quis fuerit primus ma
iori iudici obedire tenet̃.ff.de re iudi.l.cõtra pupillũ.¶ Alij
dicunt qđ maiori semper obedire tenetur:vt.xxviij.distin.si
episcop⁹.vt.d.l.cõtra pupillũ.extra de appel.c.cum parati.
9 qđ tutius est.¶ †Sed qualiter debet fieri citatio.Respõ.ꝙ
psonaliter si fieri põt:vt.ff.de admi.tu.l.scire.ibi in facie ⁊c.
a aliter debet fieri ad domũ:vt.ff.de dam.infec.l.iiij.§.pretor[a].
C.de anna.excep.l.vt perfectius.⁊ intelligo domũ vbi quis
habitat tempore citatio.licet plures domos habeat:vt insti.
de iniur.§.domũ.C.vbi de crimine agi oportet.l.j.in fi.⁊.l.ij.
10 C.vbi in rem actio.extra de rescri.c.dilectus.¶ †Sed quid
si aliquis delinquit in loco isto ⁊ post hoc aufugit ad alium
locum:⁊ ibi habita vbi debet citari.¶ Respon.videtur qđ
sufficiat citari vbi delinquit cum illic ratiõe delicti sortiatur
forum:vt in aut.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi.opor.ex
tra de iudic.c.fin.¶ Alij dicunt qđ debet citari illic vbi de
git tunc tẽpore citati.quãdo bene potuit mutare domiciliũ
ff.ad municip.l.vtiqz.et.l.nihil.vnde ille est citandus.C.vbi
de cri.agi oportet.l.ij.¶ Sed qr nõ habet iste iudex iurisdi.
b extra suum territorium[b].vt de iurisdi.om.iud.l.fi.debet per
suas literas iudex loci vbi delinquit significare iudici sub
quo ille degit qualiter ille est accusat⁹ vel inquisitus de ma
leficio et quod debet cõparere intra talẽ diẽ ad se defendẽ.
et excusan.a tali causa vel denuncia.de ipso facta vel inqui
sitio.⁊c.arg.ff.de bo.aut.iud.pos.l.cum vnius.§.penul.⁊ ille
iudex cui mittitur vel significatur debet obedire:⁊ illum ta
lem citari facere coram se.⁊ monere illum vt cõpareat corã
tali iudice ad se defenden.vel excusan.a tali accusa vel inqui
sitio.⁊c.vt dictum est.et hoc debet facere scribi in suis actis:
quia aliter nõ crederet̃:vt extra đ proba.c.qm̃ cõtra falsam.
¶ Itẽ debet ad hoc vt constet de tali citatio.mittere citatio.
cõmissionẽ siue relationẽ factam illi iudici coram quo pro
ceditur in publica forma vel suis literis sigillatis sigillo cõ
munis quibus danda est fides ad hoc vt ille non possit ne
gare nec dicere se non fuisse citatũ:facit extra de pba.c.post
cessionem.vbi no.quod statur literis sigillatis sigillo cõmu
nis vel officialis:facit extra de offic.deleg.c.pastoralis.§.j.⁊
c.sane.Sed de rigore iuris est quod citatio fieri debet vt ve
niat ad notitiã citati.Tutius est quod fiat citatio illic vbi
degit ille qui delinquit.ar.C.vbi de crimine agi oportet.l.fi.
⁊.ñ.dictũ est.⁊ hoc si sciatur vbi degit vel alias consueuit
morari:extra de fo.competen.c.ex parte.circa fi.et notifice
tur amicis ⁊ consanguineis.ff.ex qui.cau.in pos.l.hoc autẽ.
vel citetur publice voce preconia:vt in aut.qua in prouincia,
et in locis consuetis:et in loco vbi consueuit morari:vt pos
11 sit sciri ⁊ ei notificari.arg.dictorum iurium.cũ simi.¶ †Itẽ
not.quod in citatio.debet assignari tantum tempus:habi
to respectu ad distantiam loci:vt citatus possit commode cõ
parere.arg.C.de dila.l.j.extra de appella.cum sit romana,
12 de re iudi.c.ad consultat.¶ †Sed quid si iste citatus non po
test comparere sine periculo persone propter inimicos ques
habet in loco ad quem citatur.¶ Respon.videtur excusa
tus.ar.ff.si quis cau.l.ij.§.fin.de inter.act.l.de etate.de excu.
tu.l.scire.§.sufficit.Sed debet mittere excusatorem ad faciẽ.
suam excusat.⁊ad significandũ iudici qualiter non potest
comparere secure propter talem inimicitiam quam habet
cum talibus ⁊ de hoc vult facere fidem iudici ⁊c.vt extra de
appella.cum parati.et de re iudic.c.cum Bertoldus.alias
non esset excusatus:⁊ hoc intelligo si potest excusatus mitte
re ⁊c.Et tũc iudex debet facere vt prestetur ei securitas a di
ctis suis inimicis de nõ offendendo eum:vt.C.de his qui ad

a ¶ §.pretor.vide
Bart.ibi et doc.
⁊ Alex.in consil.
ij.in.iij.volu.et ibi
de forma relatio
nis nuncij.et per
Bandi.in consi.
xxiij.⁊ ibi de qua
domo intelliga
tur qñ fit ad do
mum vbi qđ in
telligit̃ de domo
presentis habita
tionis.

b ¶ Extra suum
territorium.Ad
de tu et vide qñ
iudex in cui⁹ ter
ritorio est factũ
delictum possit
extra territoriũ
citare per Fran.
are.in consi.lviij.
et an citatio fa
cta de reo extra
territorium va
leat vt procedat̃
contra eum p eũ
dem in consilio
cxxxv.⁊ ibi quid
operetur citatio
extra territoriũ:
qñ plures pro
uincie sunt sub
eo.principe,

eccle.consu.l.denunciamus.vel assignare locum alium tutũ
ad quem debet iudex accedere ⁊ ille comparere ad se defen
den.⁊c.ff.de cust.reo.l.j.et.iij.alias est excusat⁹ de iure.extra
de appella.c.ex parte.in fin.vbi de hoc.et.ff.de arbi.l.si cum
diem.§.si cum arbiter.extra vt lite nõ cõte.c.accedens.lo.ij.
13 ¶ †Sed nunquid statur relationi vnius nuncij de citatio.
Respon.sic si nũcius est iuratus:vt extra de appella.c.cum
parati.Item de consuetudine obseruatur sz de iure ciuili se
cus videtur.C.de decur.l.j.sed duobus bene creditur.ff.de
testi.l.vbi.iuxta illud in ore duorum ⁊c.extra de testi.c.cum
14 omnis.et.c.relatũ.¶ †Sed quid si accusatus vel inquisitus
compareat nulla citati.facta de eo et negat vel confitet̃ ma
leficium:nunquid sententia postea lata vel processus valet.
¶ Respon.dicunt quidam quod non.ratio est quia citatio
non interuenit que est de substantialibus iudicij,⁊ de ordine
iudiciario.vnde ea omissa non valet proces.nec sententia.ex
tra de consti.c.ecclesia.de maio.et obe.c.inter quatuor.C.de
senten.⁊ interlo.omni.iud.l.prolatam.C.quomodo ⁊ quan
do iudex.l.ea que.et idem videtur dicen.si aliquod substan
tiale omittatur.que autem sint substantialia.no.j.de accusa.
15 ¶ †Sed qualiter fiet citatio illorum qui sunt expulsi de suis
ciuitatibus.¶ Respon.aut sunt expulsi ob tale maleficium
per quod de iure amiserunt ciuitatem:et omnia bona sua et
tunc tales deportatis comparantur et pro mortuis haben
tur.ff.de bo.dam.l.j.ff.de cap.diminu.l.iiij.⁊.l.tutelas.§.li
bertatem.⁊.§.fina.C.de side.l.j.ff.ad leg.iul.de vi pu.l.tuto.
cum simi.⁊ isti non possunt citari in suis ciuitatibus sed ali
bi vbi degunt.ar.C.vbi de crimine agi oportet.l.j.¶ Si ve
ro retinent sua bona ⁊ sunt relegati vel cõfinati:et tunc pos
sunt etiam in suis ciuitatibus vel locis citari.argu.ff.de mi
nori.l.minor.et.l.pap.exuli.ff.si quis cau.l.sed et si quis.§.rei
capitalis.institu.quib.mod.ius pa.pote.sol.§.relegati.vbi
de hoc.¶ Possunt etiam citari in loco vbi degunt tempore
delicti vel citati.C.vbi de crimine agi oportet.l.j.⁊.ij.insti.de
iniur.§.domum.vel sicut vagabundus citabitur voce preco
nis in loco delicti commissi:vt in dicta authẽtica qua in pro
16 uincia vel ibi vbi reperitur.¶ †Sed nunquid poterit quis
probare contra citatio.de se factam.¶ Respon.aut negat
se simpliciter citatum:⁊ tunc probari non potest:cum sit pu
ra et simplex negatiua.¶ Sed si diceret vel negaret se fuisse
citatum die tali vel loco tali:tunc potest probare contra pro
bando quod die tali fuit alibi:ita quod non potuit citari in
loco illo contento in relatione.C.de contrahen.⁊ commit.
17 stipu.l.optimam.in fin.⁊ de hoc extra de elec.c.bone.¶ †Sz
quid si aliquis accusatur de homicidio ppetrato Placẽtie
accusatus vel inquisitus dicit illud homicidium commissuz
fuisse Cremone.⁊ negat se illud commisisse.¶ Nunquid
debet prius cognosci de ista incidenti vel emergenti vtrum
maleficium sit commissum Placentie vel Cremone.¶ Re
spõ.sic videt̃.cum de emergenti sit prius pronũciãdum.C.de
or.cog.l.j.extra de or.cog.c.j.vbi de hoc.et.C.de dila.l.a pro
cedent.e cum simi.¶ Alij dicunt contra.cũ accusatus dicat
quod nullum maleficium fuit cõmissum Placẽtie.Ipse ac
cusator debet probare:⁊ si non probauerit absoluitur accu
satus.C.de edẽ.l.qui accusare.vel si accusat⁹ probauerit ꝙ
dictum maleficium fuerit perpetratum alibi ꝙ̃ in accusa cõ
tineatur:non valebit proces.tanꝙ̃ a iudice non copetente fa
18 ctus.C.si a non compe.iudi.l.j.cum simi.¶ †Sed quid si ac
cusatus petat locum sibi designari vbi maleficium dicitur
fuisse cõmissum:nunquid debet assignari.¶ Respon.sic:vt
ff.de accu.l.libellorũ.de act.emp.l.titius.⁊ debet locus ostẽ
di ad oculum de iure.vt instit.de grad.§.fina.ff.si.regu.l.si
19 ruptione.§.si.¶ †Sed quid quis citatur vt compareat:nec
dicitur in citatio.j.quod tempus.nũquid tenetur cõparere
quã citius cõmode poterit.ar.ff.de verbo.signi.l.nepos pro
20 culo.respondeo qđ sic.¶ †Sed quid si citatur vt cõpareat
incontinenti.¶ Respon.quod debet venire quã citius com
mode poterit ⁊ debet expectari per tãtum tempus quod cõ
mode venire possit.ar.instit.de inuti.stipul.§.si.ff.de solu.l.
quo eñ.¶ Nam illud dicit̃ fieri posse:qđ commode fieri põt
vt.ff.de verb.sign.l.nepos proculo.Alij dicunt qđ põt vsqz
ad triduũ comparere cum verbum incontinenti intelligat̃
21 intra tres dies.C.de erro.aduo.l.fi.de iudi.l.fi.¶ †Sz qđ si
citat̃ vt cõpareat extra iurisdictionẽ suaz.Respõ.nõ tenetur
22 obedire.ff.de iurisd.om.iudi.l.fi.ff.de iud.l.fi.¶ †Item not.
qđ in citatione debet inseri nomẽ citati ⁊ nomẽ illius ex cu
ius parte citat̃ siue causa ppter quã citatur:⁊ ad quẽ locum
citatur,⁊ ad quẽ diem:vt extra de rescri.c.olim.⁊.c.fi.Ad cu
ius instantiã citat̃.extra de do.⁊ cõtu.c.fi.⁊.c.cũ causam.de
in integ.resti.c.ex literis.in fi.facit.C.qui accu.non.pos.l.qui
crimen.ff.

crimen. ff. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. qui post opus. qd
23 vi aut clam. l. aut facta. extra de dilat. c. dudū. ¶ †Sed quid si citatur ꝛ nō dicit̄ ad quē locū debeat cōparere. ¶ Respō. debet ire ad locum solitum: vbi iudex qui citari fecit solitus est reddere ius. ff. de iudi. l. si locus. ꝛ si hoc facit excusatur.
24 ¶ Item not. qd si citatio cadit in diem feriatam qd die sequenti non feriata debet cōparere[a]. nam tunc valet citatio et tenetur citatus die sequenti nō feriata cōparere: ꝛ debet iudex eum expectare in die sequētem: vt extra de offi. deleg.
25 c. consuluit. ¶ †Item citatio debet fieri ad instantiā accusato. vel actoris. extra de do. ꝛ contu. c. cum causam. ꝛ c. fi. cū si. Et est ratio: quia isti habent probare. C. de edē. l. qui accusare. de pba. l. actor. ꝛ l. sciāt. alias nō tenet citatio: nisi iudex
26 per inquisitio. procederet ꝛc. ¶ †Item not. qd si ad instantiam alicuius aliquis citatur: ꝛ citatus compareat et alius qui fecit citari nō cōpareat qd debet in expen. comparenti condemnari. ff. de iudi. l. eum quē temere. ꝛ C. qui accusa. nō pos. l. ij. de do. ꝛ contuma. c. actor. lib. vj. ꝛ qd prius debet satisdare de comparendo ad dictum terminum alias nō audi
27 tur: vt. d. c. actor. §. j. ¶ †Item not. ꝙ dies citationis nō cōputatur in termino: extra de appella. c. super eo. l. ij. in fin. ff. si quis cau. l. j. de requi. reis. nisi cōstet de hora assignatiōis termini. nam tunc fit computatio de momēto ad momētū: vt. ff. ad. municip. l. minorem. ff. de diuer. ꝛ tem. pscrip. l. ij. in prin. arg. extra de re iu. c. ad cōsultatio. extra de exce. c. pia. lib. vj. de restitu. spo. c. frequēs. lib. vj. de sen. excō. cum medi
28 cinalis. ꝛ. ij. q. vj. biduum cum simi. ¶ †Item no. qd citatus
29 multis de causis excusatur si nō cōparet. ¶ †Primo ratione inimicitie quā habet in loco ad quē citatur: vt supra di
30 ctum est. ¶ †Item quādo citatio fit extra iurisdictionē cita
31 tis. ff. de iurisdi. om. iud. l. fi. ¶ †Itē quando citatus impeditur per accusatorē vel actorem ne citatio possit ad ipsum peruenire vel impedit in itinere. ff. de eo per quem factum erit. l. j. §. si reus. ꝛ l. fin. extra de officio delega. c. pastoralis. §. fin.
32 ¶ †Item quando citatur coram iudice: vt cōpareat in palatio cōmunis ꝛ illic sunt plures iudices eiusdem nominis: et dum deberet comparere coram vno, errore ductus cōparet corā alio: satis habet iustam excusationē ꝛ ita de facto cōtin
33 git sepe. ꝛ facit ad hoc. ff. de iud. l. antepenult. ¶ †Itē si duo iudices sunt delegati ad aliquā causam et vnus solus citet cum consensu alterius: vt. C. quando prouo. non est necesse. l. cum magistratus. ff. de re iud. l. pomponius. extra de offi. de
34 lega. c. pastoralis. ¶ †Item quādo citatur ad locum nō ho
35 nestum. ff. de arbi. l. si cum dies. §. arbitri. ¶ †Itē quando citatur ad locum nō tutum etiā si habeat literas de saluo cōductu. extra vt lite nō contest. c. accedēs. de appel. c. ex parte.
36 ¶ †Itē quando citatus est occupat⁹ circa rem rusticā ꝛ res
37 erat in periculo. ff. de fer. l. ne quis. extra de iudi. c. fi. ¶ †Itē quādo aliquis impeditur valitudine magna. imo qd fit contra eum non valet ꝛ reuocari debet. ff. de re iudi. l. contuma.
38 et. l. quesitum. ¶ †Item si impeditur propter vim fluminis vel tempestatis vel viarum discrimina quia guerra est in loco vel quia absens est causa testimonij ferendi alibi vel causa reipublice vel quia vocatus est ad officium vel quia impe
39 ditus propter funera familiaria. ¶ †Vel quia mulier que citatur est pregnans ꝛ prope partum vel peperit ꝛ iacet in partu. ꝛ in his similibus potest dici: vt. ff. si quis cau. l. ij. §. j. et. §. si quidē. ꝛ l. si is qui. ꝛ l. seq. ff. ex quib. cau. ma. l. itē is. cum si.
40 ¶ †Itē quādo vocatus est a maiori iudice prius: vt. ff. de re
41 iudi. l. cōtra pupillū. §. is qui. ¶ †Sed nunquid ratione caloris extremi excusatur. ¶ Respon. nō. extra de dolo ꝛ cōtu.
42 c. cū dilecti. ¶ †Item excusatur cū expoliatus est nisi prius
43 restituat̄. extra de resti. spo. c. frequens. ꝛ c. fi. lib. vj. ¶ †Item quādo citatur hora nō congrua vt de sero, vel de nocte. ex
44 tra de offic. dele. c. cōsuluit in auṫ. de iudi. §. sedebūt. ¶ †Itē quādo citatio est nimis angusta ꝛ nimis breuis: vt. vj. q. ij. si
45 priuatis. ꝛ c. j. ꝛ. ff. de fer. l. j. ¶ †Item quādo citatur vt cōpareat corā iudice qui est suus inimicus. extra de lit. contest. c.
46 accedens. ff. de lib. leg. l. si pr̄. C. de iud. l. apertissimi. ¶ †Itē si citatus est in carcere vel vinculis ita qd non potest venire:
47 vt. ff. ex quib. cau. maio. l. succurritur. ꝛ l. seq. ¶ †Item generaliter vbicunqꝫ quis habet iustam causam excusationis cōparēdi ꝛ iustum impedimētū satis excusatur. ff. ex quib. cau. maio. l. j. ꝛ l. si cōuenerit. ꝛ l. seq. ꝛ l. item ei. ꝛ l. si ab hostib⁹. ꝛ l. sed si per pretorē. ꝛ. ff. de admi. tut. l. scire. §. sufficit. cum si. debet tamē mittere excusatorē si nō potest ire ad se excusandum. al's non est excusatus: vt extra de re iudi. c. cū bertoldus. vbi de hoc. ꝛ facere fidē de impedimēto iudici. nam
48 ei facienda est fides ꝛc. ¶ †Et not. qd febricula nō excu. ff.
49 de edil. edic. l. j. §. pinde. ꝛ l. ob que vitia. ¶ †Itē leue impedimentum nō excusat ꝛ modicum quia de minimis non est curan. ff. de ven. inspi. l. j. ꝛ. ff. de re iudi. l. quesitum. §. potest.
50 ff. si qs cau. l. ij. §. tēpore. ¶ †Itē not. qd iudex debet cōmittere nuncio vt citet accusatū vel inquisitū vt dictum est. C. de exhib. reis. l. neminē. ꝛ ista talis cōmissio[b] vel citatio nuncij debet scribi in actis: alias non valeret: vt. d. l. neminem. et extra de proba. c. quoniā cōtra falsam. nec posset de iure procedi cōtra accusatū nisi cōstaret de cōmissione ꝛ relatione in actis: vt. d. c. qm̄ cōtra falsam. quia nō videt̄ contumax si nō est legitime citatus quia non refert vtrū quid nō fiat an mi
51 nus legitime fiat. ff. de auṫ. prestan. l. nulla. ¶ †Item citatio est de substantialibus iudicij. vt probat̄ de accu. l. j. ꝛ omnia substantialia sunt legitime seruanda ꝛ fienda aliter non valent: vt. d. c. quoniā contra falsam. ar. C. in quibus causis in integ. restitu. non est neces. l. si tutor. cum similibus.

a ¶ Comparere. Adde tu ꝛ intellige hoc verum nisi in citatione esset incerta causa propter ꝙ deberet cōparere et esset ex illis que possent tractari die feriata: quia tunc si non cōparet die feriata est contumax ita gl. ꝛ ibi doct. in. l. ij. ff. si qs in ius voca. ꝛ dicit Alex. in consi. cj. col. ij. in. v. volu.

b ¶ Cōmissio. ad de quod licet appareat de citatione ꝛ nuncij relatione tamen nō presumitur facta cōmissio si de ea non apparet. ita dicit Antoni. de bui. in. c. j. de iud. et videtur sentire Barto. in. l. j. §. qes. ff. de offi. prefect. vrb. ex dicit cōiter hoc tenere do. Fran. are. in consi. xxxiij. in iij. col. versic. iij. premitto. et an talis commissio presumatur. vide plene in addi. Ang. in tract. malefic. in versi. qui Judex cōmis. Cato. col. iij.

¶ De comparatione accusati cum forma confessionis promissionis satisfact. ꝛ termini.

52 Citatus comparens quid facere debeat.
53 Citatus comparēs ad iuris bāchū si iudex abest: qd faciat.
54 Judex si assignauit dilationē ad comparendum: et hoc ad instantiam accusantis: an ea elapsa audietur.
55 Judex si ex causa dilationem nouam cōcedere possit ea finita quando prorogabit.
56 Judex si assignauit terminū accusatori ad probandū, et reo ad se defendendum illis elapsis an positiones poterūt fieri in causa per accusatorem vel accusatum.
57 Accusator a reo quot dilationes dantur ꝛ quando.
58 Reus vel accusatus siue inquisitus quādo sit detinēdus in carcere ꝛ nō relaxandus fideiussoribus. ꝛ quid faciet iudex.
59 Constituti rei forma siue confiteatur siue neget. ꝛ quid post constitutum faciet iudex.
60 Satisdationis forma que fit pro reo.
61 Stipulatione magistratus in officio presidentis et notarij. an requiratur cōmunis actio cuius nomine stipulati sunt.
62 Reus qui promisit se presentare coram iudice sub pena ꝛc. si se non presentauerit quid faciet iudex.
63 Reus an cogi possit cauere de parēdo iudici ꝛ soluēdo condemnationem.
64 Fideiubente aliquo pro reo de soluendo cōdēnationē: si reū ducat in fortiā cōis an poterit cogi soluere ille fideiussor.
65 Fideiussoribus pro aliquo promittentibus de presentando eum toties quoties fuerit requisitus: quomodo contra eos proceditur.
66 Presentare se aliquis promisit ꝛ fideiussorem dedit: postea in banno pro alio maleficio est positus: si exigatur a fideiussore quod presentet reum quid fiet.
67 Fideiussor vt supra si vult defendere reum ꝓ quo fideiussit an audietur.
68 Fideiussor vt supra vsqꝫ ad quod tempus tenetur extrahere reum: ꝛ an pena possit pluries cōmitti.
69 Satisdationis forma que fit pro reo.
70 Fideiussit quidam pro delinquente de soluendo omnē condemnationem ꝛc. cōmisit aliud delictū. propter qd sunt confiscata oīa illius bona ꝛ in. c. libris est cōdemnatus: an fideiussores ad ista. c. tenentur.
71 Fiscus siue cōmune an habeat oia bona delinquentis obligata saluo iure creditorum.
72 Delinquens si sit in casu in quo posset torqueri ꝛ cum confiteat̄ sponte: an possit incarcerari siue dederit fideiusso. soluēdi condem. siue non.
73 Citato non veniente: an describantur bona ꝛ quid fiat.
74 Citatus non comparens: an de consuetudine Italie ponat̄ in bāno etiam ad mortē: ꝛ an valeat de iure talis sententia: ꝛ quid in delictis leuioribus.
75 Accusato cōtumace existente quid sit faciendū. late dicit̄ hic.
76 Testes in omni casu si reus non cōparet: an sint examinādi.
77 Accusat⁹ nō valēs cōparere: an debeat mittere excusatorē.
78 Citatus est quis diuersimode et pluries ex diuersis delictis ꝛ nō apparet: an pluries possit exbanniri.
79 Citatur quis ratione maleficij vult se defendere per suos familiares an possit: ꝛ iudex habet veritatē inquirere omnib⁹ modis quibus potest.



Vidimus supra prox. de cita. Modo seqtur videre de compari.
52 ¶ †Sciēdū est qd citat⁹ nō debet iudicē cōtēnere: qd si fecerit pt puniri. ff. si qs ius di. nō ob. l. j. nisi ēt cert⁹ iudicē nō esse suū nā tūc.

venire non tenetur:vt.ff.de iurisdi.om.iudi.l.fi.ff.si quis in
ius vo.nõ ie.l.j.⁊ ibi not.¶ Sed debet corã iudice ad termi
num assignatũ cõparere ⁊ se representare hora cõgrua:in lo
co congruo vbi ius reddit:vt.ff.de iusti.et iu.l.pe.de iudi.l.si
locũ ⁊ faciat scribi in actis sicut se p̃sentauit die tali corã iu
dice ꝑ tribunali sedẽte sup palatio cõmunis ad ius redden
dum pro se defendendo a tali accusa vel inquisitiõe ⁊c.⁊ nõ
debet post p̃sentationẽ discedere sine licẽtia:vt.C.de decur.
l.decurio.de qua licentia recedẽdi debet apparere ꝑ scriptu
rã in actis. Alioqn videt̃ cõtumax:⁊ posset ꝯtra eum ꝓcedi:
sicut cõtra cõtumacẽ:q2 nõ videtur venisse qui non stetit.ff.
de rei ven.l.si is q se liti in fi.ff.ex quib⁹ causis in pos.eatur.
l.ij.cũ simi.⁊ ar.extra de iud.c.j.¶ Itẽ quia nõ credit̃ iudi
ci:nisi quaten⁹ cõstat ex actis:vt extra de proba.c. qm̃ cõtra
falsam.¶ Itẽ vtile esset qd̃ hora presentationis scriberet:vt
appareat si cõpareat.licet dies tota cedat citato.nisi de ho
ra exprimat̃ qua debeat cõparere ar.extra de dolo.⁊ cõtu.c.
cũ dile.in fi.de ꝓcur.c.auditis.¶ Itẽ cõtra nõ venĩẽtes ius
male p̃sumit.⁊ cõtra ipsos male presumit̃ extra de p̃sump.c.
nullus.de rescri.ex timore.de testi.cõsti.¶ Ipse autẽ reus qñ
cõparet consyderet si potest iudicis iurisdi.declinare ⁊ illas
excep.fori si placet ei primo ꝓponit et ante lit.cõtest.vt.C.de
excep.l.j.nam illi debent ab initio opponi.¶ Potest etiam
opponere ꝯtra personã accusantis, si nõ est cõpetens ⁊ ante
⁊ post lit.cõtest.C.de ꝓcura.l.licet.extra de accusa.c.j.¶ Nã
multa cõtra personã accusantis possunt opponi:vt no.s̃.de
ꝑsonis que accusari non possunt ꝑ totum.¶ Et videt̃ qd̃ iste
excep.debeãt probari intra octo dies cõputãdos a die qua
opponunt̃.extra de excep.capi.pia.libr.vj.vel intra tempus
assignatũ per iudicẽ ẽm.l.excep.C.de probat.nam sicut in ci
uilibus opponunt̃ excep.ita in criminalib⁹:vt.ff.de adult.l.
53 si maritus.§.prescript.¶ †Sed quid si citatus cõparuit ad
banchũ iuris pro se defendendo ⁊ iudex abest.¶ Rñ.faciat
scribi per notariũ qualiter cõparet paratus se p̃sentare corã
iudice ⁊ stet ibi si fuerit de mane vsq3 ad horam tertiarum si
post nonas vsq3 ad vesperas.nã tunc excusat⁹ est quia per
eum nõ stat:vt.ff.de condi.⁊ demon.l.iul.ciuili sed stat ꝑ pre
54 torem:vt.ff.de diuer.et temp.prescrip.l.j.cũ si.¶ †Sed quid
si iudex assignauit dilationẽ ad cõparen.ad instantiã accus.
an ea elapsa audiet̃.Rñ.non:vt.C.q accu.nõ pos.l.si ea que.
55 ¶ †Sed de nouo põt iudex ex causa aliam dilationẽ dare
seu concedere.ff.de re iu.l.iiij.in prin.sed si elapsa est nõ pote
rit iudex prorogare quia qd̃ nõ est prorogari non põt ar.ex
tra de spon.impu.cap.ad dissolutionẽ.sed de nouo potest cõ
cedere vt dictum est.¶ Si autẽ non est lapsum tp̃s tũc bene
potest iudex prorogare.ff.de iud.l.ij.§.si iudex.extra de offic.
dele.c.de causis.quia iudex quãdoq3 prorogat qñq3 arctat
pro suo arbitrio.causa tñ legitima interueniente.ff.de iud.l.
nõnunq̃.de re iudi.qui pro tribunali extra de appel.cum si.
56 ¶ †Sed pone qd̃ iudex assignauit terminum primo accusa
tori ad probã.suã accusam intra.viij.dies, vel.v.prout ei vi
debit̃ qd̃ facere debet ⁊ postea eo elapso assignat reo ad suã
defensionẽ faciendã:vt.C.de proba.l.excep.extra de proba.
c.licet.⁊ in aut.de fide instru.§.oportet.nũquid elapso termi
no poterũt fieri positiones[a] in causa per accusatorẽ vel accu
satum.¶ Rñ.si assignatus fuerit terminus ad omnẽ ꝓba
tionem faciendã ⁊ omnẽ defensionẽ faciendã tunc nõ possit
propter verbũ ad omnẽ qd̃ quidẽ est vniuersale ⁊c.cõprehẽ
dit enim omne genus ꝓbationis.ar.optimũ ad hoc.C.de nõ
nu.pe.l.in cõtractib⁹.C.qui accu.nõ pos.l.si ea.extra qui filij
sint leg.c.lator.⁊.C.de ige.⁊ manu.l.diffamari. Et positiões
sunt de genere probationũ:vt.j.de ꝓba.dicetur.¶ Si autẽ
non dicat̃ ad omnẽ suam probationẽ vel defensionẽ sed solũ
ad suã defensionẽ vel ad suã ꝓbationẽ tunc bene possit vsq3
ad conclusionẽ iudicij.argu.extra de fide instrumẽ.c.cũ Jo.
57 in fin.¶ †Itẽ no.ꝙ accusatori dant̃ due dilationes.reo au
tẽ tres.⁊ si habent iustũ impedimentũ dabit̃ alia dilatio.nã
pro singulis causis ⁊ impedimẽtis dãda est dilatio:vt.ff.de
58 fer.l.fi.¶ †Itẽ no.qd̃ qñ reus vel accusatus vel inquisit⁹ si
quid ex tali delicto ꝓcedit̃ cõtra eum ex quo subsequẽda est
pena corporalis ⁊ tunc debet poni in carcere custodiẽdus ⁊
nõ debet relaxari etiam si idoneos vellet dare fideiussores[b].
al's debet relaxari.i.datis fideiussorib⁹ idoneis de p̃sentan
do eum de soluẽdo oẽm cõdẽnationẽ quę de ipõ fieret occa
sione dicti maleficij de quo est accusatus vel inquisit⁹:vt.ff.
de custo.reo.l.j.vbi de hoc no.⁊.l.diu⁹.⁊.l.si cõfessus.¶ Itẽ
debet iudex facere eum corporaliter iurare dicere veritatem
de oibus de quib⁹ fuerit interrogatus ⁊ facere qd̃ notarius
ad hoc deputatus legat vulgariter si sit ꝑsona illiterata totã
accusam vel inqsitionẽ ⁊ debet ipsum examinare diligẽter si
cõmisit delictũ in accusa vel inquisitio.cõtentum et si dixe
rit sic debet notarius scribere id quod dixit prout infra,vc3.

59 **Constitutus** †Corã dño B.iudice malefi
ciorũ cõmunis Mãtue sedẽ
te ꝑ tribunali in palatio dicti cõmunis ad bãchũ maleficio
rũ ꝓ iure reddẽdo Mar.iurat⁹ dicere veritatẽ de oib⁹ qui
bus interrogabitur vel interrogat̃ ⁊ examinatus per dictũ
dñm iudicem super cõtẽtis in dicta accusa vel inquisitione
eidem lecta ⁊ vulgarizata per me notarium ⁊c.diligẽter re
spondendo dixi ⁊ cõfessus fuit oia ⁊ singula vera esse ⁊ fuis
se que in dicta accusa vel inquisitione per ordinẽ cõtinẽtur ⁊
se cõmisisse ⁊ perpetrasse maleficiũ in dicta accusa cõtẽtum.
¶ Si autem negauerit dico sic,vc3.Constitutus ⁊c.respon
dendo dicte accuse vel inquisi.negauit et negat se esse culpa
bilem de predictis de quibus accusatus fuit vel inquisitus.
¶ Sed quidã simplices notarij scribũt sic vc3.quia negat
omnia ⁊ singula vera esse ⁊ fuisse que in dicta accusa vel in
quisitione cõtinent̃ male faciũt pluribus rationibus qd̃ dic
vt not.j̃.de accusa.§. itẽ not.ꝙ notarius non debet scribe
re ⁊c.¶ Et his peractis debet iudex si est tale crimen ex quo
imponenda sit pena corporalis facere poni in carcerẽ custo
diendum:vt.ff.de penis.l.aut dãna.§.solent.al's debet eum
relaxare datis fideiussoribus idoneis:vt dictum est supra.
¶ Que satisda.debet sic scribi.

60 **Constitutus** †Talis corã tali iudice malefi.
pro tribunali sedẽte ad bachũ
iuris in palatio cõmunis ad ius reddendũ et corã me nota
rio promisit dicto dño iudici:⁊ mihi notario stipulãti et re
cepienti pro dicto cõmuni Mantue.⁊ pro dicto dño potesta
te sub tali pena parere ⁊ obedire mandatis eius:⁊ se p̃senta
re ad dictũ banchũ coram dicto dño iudice ꝑsonaliter:⁊ to
ties quoties fuerit requisitus personaliter:vel ad domũ sue
solite habitationis:⁊ si nõ venerit toties in dictã penã inci
dat.Promittens mihi notario antedicto etiã soluere omnẽ
condẽnationem q̃ de ipso fieret occasione dicti maleficij ꝑpe
trati in personã talis:vel maleficij in dicta causa vel inquisi
tione contenti obligando se ⁊ oia bona sua p̃sentia ⁊ futura
pro dictis oibus ⁊ singulis attendendis ⁊ obseruãdis renũ
cians omni iuri sibi cõpetenti ⁊ exce.nõ facte promissionis.
et omni legum ⁊ statutorũ auxilio ⁊c.¶ Pro quo tali acu
sato vel inquisito Joan.⁊ And.⁊ quilibet ipsorum insoli
dũ fideiussores in oẽm casum ⁊ euẽtũ promiserũt mihi nota
rio infrascripto stipulanti ⁊ recipienti pro dicto cõmuni sub
tali pena se facturos et curaturos qd̃ dictus talis accusat⁹
vel inquisitus attendet ⁊ obseruabit cum effectu oia ⁊ singu
la suprascripta ⁊ qd̃ soluẽt omnẽ cõdẽnationẽ que de dicto
tali fieret occasione dicti maleficij.¶ Alioquin ipsi ⁊ ipsoꝝ
vterq3 attẽdent ⁊ obseruabũt pro se ⁊ de suo:se ⁊ oia sua bo
na pro p̃dictis omnibus ⁊ singulis attendendis ⁊ obseruan
dis.Obligãtes ⁊ renũciãtes ep'le diui Adriani.⁊ de fideius.
et de duobus reis.⁊ omni alij legum statutorũq3 auxilio ⁊c.
Cui accusato vel inquisito ibi p̃senti.dictus dñs iudex sedẽs
pro tribunali ad dictũ banchũ statuit ⁊ assignauit terminũ
quinq3 dierũ ad omnẽ probationẽ seu defensionẽ fien.super
61 predictis.¶ †Et no.ꝙ ex stipulatione iudicis.i.magistrat⁹
in officio p̃sidentis acquirit̃ actio ⁊ ius communi.pro quo
⁊ cuius noĩe stipulatur.Et idẽ in notarijs:vt.ff.de magi.con
ue.l.j.ff.rẽ pu.sal.fore.l.ij.§.j.de adop.l.nã ⁊ ita.cum simili.
62 ¶ †Sed quid si reus promisit de se p̃sentãdo corã iudice:vt
supra dictũ est:⁊ se non presentat sed est cõtumax.¶ Respõ.
debet condẽnari ad penã promissam:⁊ sic pena nõ est ꝓmissa
citabit̃ vt cõpareat corã dicto dño iudice sub certa pena in
tra talem terminũ:⁊ si nõ cõparuerit eum cõdẽnabit:vt.ff.
si quis ius di.non ob.l.j.⁊ si sepius fuerit requisitus ⁊ nõ cõ
paruerit poterit exbãniri ⁊ relegari de iure.ff.de penis.l.ab
sentẽ.§.aduersus.l.capitaliũ.§.j.ff.an ꝑ aliũ causa app.l.j.
63 ¶ †Sed nunquid potest reus compelli inuitus de parẽdo
iudici.⁊ de soluendo cõdemnationẽ.¶ Respon. nõ:vt.ff.de
penis.l.fi.vnde carcerabit̃ quousq3 fuerit absolutus:⁊ si fue
rit condẽnatus detinebitur carceratus ⁊ custodiet̃ quousq3
condemnatus soluerit cum sit debitor fisci.C.de custo.reo.l.
si consensus.⁊.l.diuus.⁊.C.eo.l.fin.ff.de penis.l.aut dãna.§.
64 solent.¶ †Sed quid si aliquis fideiussit pro aliquo qui cõ
misit delictũ aliquod de soluendo ipsam cõdemna.et duxit
malefactorem in fortiam cõmunis. An ille fideiussor possit
detineri ⁊ compelli soluere cõdemnationem.¶ Respon.di
cũt quidã doc.qd̃ non .ar.ff.de fract.l.fi.C.loca.l.si cum her
mes .cum ⁊ poterit per modum excipere:qd̃ nõ tenet̃ ad so
lutionẽ postq̃ principalis est in forma cõis per iura p̃dicta.
65 ¶ †Sed quero qualiter procedetur contra fideiussores qui
fideiusserunt

a ¶ Positiones. Quando possint fieri probatiões post terminũ.vide tu plene per Salic.in.c.licet. de proba.

b ¶ Fideiussores. Adde tu ⁊ intellige hoc non solũ procedere qñ pena principaliter esset corporalis. sed etiã secundario in defectũ pecuniarie: vt per Bart.in.d.l.j.de custo.reorũ.et intellige hoc nõ ꝓcedere qñ in loco esset consuetudo ꝙ quis relaxaretur etiã vbi imponeretur pena corporalis vt per Ro.sing.suo ex.incipit tu scis. ⁊ adde ꝙ etiam vbi venit imponenda pena pecuniaria qs non est fideiussoribus relaxandus quãdo talis aufugit alias de carcere. ita Ro.in.l.lege cor.ff.ad sil.Hic etiam relaxat̃ qñ confitet̃ crimen. ita Bal.in.l.nullus.C.de exhib. reis.Hic relaxatur qñ voluit a prin.carcerari et quãdo fert̃ sentẽtia contra eũ vellet dare fideiussores.ita Ange. et in.d.l.nullus. ⁊ ibi eam omnino vide.

fideiusserunt pro accusato vel inquisito z qui promiserũt eũ
a representare toties quoties[a] fuerit requisit⁹. ¶ Respon. aut promiserunt sub certa pena z tunc ad illã penam tenebitur: vt. ff. si quis cau. l. ij. de extraor. crimi. l. si quis reũ. ¶ Si autẽ promiserunt simpliciter nõ adiecta certa pena: tunc tenet̃ ad interesse cõmunis vel iudex precipiet sub certa pena: vt illũ exhibeãt et representent: qđ si nõ fecerint multabunt̃. ff. si qs ius dic. nõ ob. l. j. z. d. l. si quis reũ. z ista talis pena pecuniaria fisco seu cõi applicabit̃: vt. C. de modo mul. l. fin. ¶ Sed si dolose fecerit accusans: q̃ exhiberi nõ poterat: punit̃ accu
66 sans. ff. de extraor. crimi. l. si quis reũ. cum si. ¶ † Sed pone qđ aliquis promisit se presentare z dedit fideiussorem: post hec positus in bãno pro alio nouo maleficio, p̃cepit ei iudex: qđ ad certũ terminum qđ istum talem pro quo fideiusserat z promiserat exhibere exhibeat iste dicit z allegat qđ non potest. quia est bannitus: queritur quid iuris. ¶ Respon. aut fuit preceptũ anteq̃ fuerit bãnitus de nouo vt illũ representaret: z tunc si nõ facit punitur: vt. ff. qui satis. cog. l. si decesserit secus si post bãnũ: vt. ff. si quis cau. l. sed z si quis. §. rei ca-
67 pitalis. cum si. ¶ † Sed quid si iste fideiussor vult defendere
b reum[b] pro quo fideiussit nunquid audietur. ¶ Rñ. si est tale delictũ qđ exinde possit z debeat sequi pena corporalis vel vltra relegatio. z tũc nõ possit etiã si velit satisdare de soluendo omnẽ cõdemnationẽ zc. vt. ff. de pub. iu. l. pe. §. ad crimẽ.
68 alias sic: vt. ff. de procur. l. seruũ quoq;. §. pub. ¶ † Sz quero vsq; ad qđ tps tenet̃ fideiussor exhibere. ¶ Rñ. aut promisit exhibere ac certũ terminum: z tunc ad terminũ promissum debet exhibere aut promisit exhibere ad terminũ quẽ iudex ordinabit z ordinat z assistit. z tunc debet ad illum terminũ exhibere: vt. C. de fideiu. l. sanc. cũ simili. vnde vtile est qđ notari⁹ z officialis curie stipuletur ad fideiussore qđ exhibebit z presentabit reũ accusatũ vel inquisitũ sub certa pena ad terminũ quẽ iudex ei assignabit z toties quoties assignabit z toties incidat in penã si nõ attenderet qđ p̃misi vel nõ exhiberet reũ accusatum vel inquisitũ p̃dictũ zc. ¶ Nam pena põt semel z pluries cõmitti z exigi si dicatur. ff. de arbi. l. si duo. in fi. de transactio. l. qui fidem. C. de pac. l. cum proponas. cũ si. vnde satisdatio debet sic formari

69 **Constitutus** † M. accusatus vel inquisit⁹ corã tali iudice pro tribunali sedente in palatio dicti cõmunis promisit dicto iudici z mihi notario stipulãti z recipiẽti p̃ dicto cõi stare parere z obedire mãdatis eius z se p̃sentare psonaliter coram dicto dño iudice ad dictũ banchũ maleficiorũ ad terminũ arbitrio iudicis assignandũ sub pena centũ lib. z toties et quoties fuerit requisit⁹ ex parte dicti iudicis per aliquẽ nunciũ dicti cõmunis personaliter vel ad domũ siue habitationis z soluere omnẽ condẽnationẽ que de ipso fieret occasione dicti maleficij z toties incidat in penã quoti. non cõpareat vel nõ obseruare oĩa singula suprascripta et toties exigi possit pena cum effectu oĩbus z singulis suprascriptis semper durãtibus in sui firmitate obligando pro predictis oĩbus z singulis attendendis z obseruandis oĩa sua bona p̃sentia z futura zc. p̃ quo fideiusserũt zc. ¶ Et eodẽ modo z forma promittant fideiussores z se obligent z oĩa sua bona vt supra dictum est: Renunciantes ep̃le diui Adriani. z de fideius. z de duobus
70 reis zc. et omni legum z statutorũ auxilio zc. ¶ † Sed quid quidã pro maleficio cõmisso dedit fideiussores de soluendo omnẽ condemnationẽ vt supra dictũ est: contingit qđ iste cõmisit aliud maleficiũ per qđ oĩa bona istius sunt publicata z insuper est condemnatus in centũ lib. pro alio delicto nunquid fideiussores tenent̃ ad ista centũ soluenda. ¶ Respondeo dicunt quidã qđ sic: vt. C. de fideiu. l. naz aliter. ff. de iu. fisci. l. in fraudẽ. §. prin. C. de sententiam pas. l. iij. ¶ Sed alij dicunt cõtra quia cõfusa est actio per publicatio. bonorũ, q̃ fiscus pena causa succedit illi cõdẽnato. ff. pro socio. l. actio. §. publica. facit. ff. de fideius. l. si debitor. z. l. numerarius. §. j.
71 cũ simi. qđ verius videt̃. ¶ † Item no. qđ fiscus siue cõmune habet oĩa bona delinquẽtis obligata z hypothecata ratione delicti. saluo tamẽ iure creditorũ. C. de priuil. fi. l. j. cum si.
72 z ibi not. ¶ † Itẽ not. qđ si iste accusatus vel inquisitus esset in casu quo posset torqueri z non sponte confitet̃: qđ iudex potest facere ipsum poni in carcerem vt ipsum habeat quando voluerit per. l. ij. C. de custo. reo. l. ij. z idem est si non dat fideius. de soluendo condemnationem: vt dicta. l. ij. cum simi.
73 ¶ † Item no. q̃ si citatus nõ comparet sed contumax est: bona eius debent describi et annotari: vt. ff. de penis. l. absentẽ z expectari vsq; ad annũ. ff. d requi. reis. l. annis. z si decesserit intra annũ bona occupãtur a fisco z dantur heredib⁹ ipsius accusati vel inquisiti z citat: vt. ff. de requi. reis. l. presides. §. sed pompo. ¶ Si autem nõ venerit intra annũ bona occupantur a fisco, sine cõmuni. ff. de requi. reis. l. fi. z. d. l. an- a
74 nus cum si. ¶ † Sed de cõsuetudine Italie. si citatus nõ cõparet. ponitur in bãno z condemnat̃ etiam ad mortẽ: vel ad mẽbri abscissionẽ quia eorũ absentia haberet̃ p̃ p̃sentia z cõfes. z plena probatione: licet de iure nõ valet talis sententia. ff. de penis. l. absentẽ. Sed in alijs delictis leuiorib⁹ videtur cõtra cõtumacẽ: qđ bene possit procedi ad cõdemnationem, dũmodo sepius requirat̃: vt dicta. l. absentem. §. aduersus.
75 ¶ † Unde ad notitiã huius materie distingue aut accusat⁹ est cõtumax ante lit. cõtest. aut post. Si quidẽ ante s̃m leges oẽs omnia ei⁹ bona annotantur z describũtur. C. de bonis proscrip. l. si quis. de excusat. l. absenten. Et si intra annũ venerit et iuri paruerit prestita fideiussione de representãdo et stando iuri. z de p̃sentando z de soluendo bona recuperat: z super crimine super quo accusatus est auditur. ¶ Si vero post annũ comparauerit bona cõfiscãtur: z si satisdet de parẽdo iuri bona per hoc nõ recuperat sed auditur defensio sua super crimine. ff. de requi. reis. l. j. §. presides: z. §. fi. C. e. l. quicũq;. z dicta. l. qui de crimine. C. de accusa. l. absentẽ. C. de penis. l. nec diu. ¶ Si autẽ est lis constet. z postea se absentet similiter nunq̃ fert̃ sentẽtia in absentẽ in maiorib⁹ dilictis. in quibus imponat̃ pena mor. vel alia vltra relegatio: vt. ff. de penis. l. absentem. imo quandocũq; rediẽs auditur: vt. ff. de requi. l. annus cũ simi. ¶ Sed in alijs leuioribus delictis que cõtinent penã relegatio. vel infamie vel infra relegationem vt in pecuniarijs tũc bene procedit̃ cõtra absentẽ: vt. ff. b
donat.z tot stipulationes:vt.ff.de do.l.sena.de verb.oblig.
l.qd dicit.ff.de leg.ij.l.iij.ff.de termi.amo.l.ij.C.de ser.fugi.l.
c quicũqz.extra de cri.fal.c.j.¶Econtra[c] qd pro vno insultu
tãtũ puniat z vna pena:qr insultus cõsistit in facto z vbi est
vnũ factũ nõ possunt dici plura:qr vnitas nõ capit diuisio-
nem:z qd impossibile est nullũ est:vt.ff.de regu.iur.l.impossi
biliũ.¶Itẽ vnũ est malum z non plura:nec est dictũ qd pro
quolibet insultato puniatur z qd dictũ nõ est pro omisso de-
bet haberi:vt.ff.de verbo.obli.l.quicquid.¶Itẽ licet quis
sit datus tutor plurib9 pupillis simul z semel,vna tutela est
z nõ plures:qr numerus pupillorũ nõ facit plures tutelas:
vt.ff.de excu.tu.l.tria onera.z.l.si is.§.si.Sic nec qui plures

Additio.
a ¶Nomine.de veritate hui9.q.scz an syndicus possit accusare syndicario nomine, vide Ang.in tracta.malefi.in verbo,necnõ ad qrelam.nu.20.vers.iij.non admittitur zc.vbi vide q ibi posuim9.Hiero.Chucab.

b ¶Respõ.sic.intelige tu hoc verum qñ plura delicta puniunt eadẽ lege.l.non est nouũ.ff.de restit.spo.si autẽ puniũtur p diuersis legibus tũc diuerse cause requirũtur.d.l.nõ est nouum.ita Bar.in l.libellorũ.§.sed aliud.z in.l.senatus.ff.de accus.z vide eundem: et Bal.in.l.qui de crimine.ff.de accusa.

c ¶Econtra.vide Gandi.in tract.malefi.z adde q pro hoc facit qd dicit de vno prestante plurib9 auxiliũ,vt p Bart.in.l.si in rixa.ff.ad.l.cor.de sica.

insultauit plures fecit insultus. ¶ Itē quia numerus perso narum non semper attenditur: vt. ff. de pac. l. maiorē. & l. seq. ¶ Itē q2 regulariter vnus insultus nō potest plures inuaderet & ratio naturalis nō minus imo magis sequēda est ꝙ ipsa lex. ff. de bo. dam. l. cū ratio. & q2 iura naturalia sunt immutabilia. insti. de iur. natu. §. sed & naturalia. & videt̄ quasi casus. l. qd pro vno insultu puniat̄. ff. ad. l. aqui. l. illud. in fin. ff. arb. fur. l. si plures. pro hoc facit. ff. pro soc. l. cū duobus. §. si plures. de act. emp. l. non est nouū. ff. de fur. l. ea quidem. & facit optime. ff. de act. & oblig. l. qui seruū. in prin. cū si. ¶ Et ista opi. magis placet: q2 pene sunt molliēde. ff. de pen. l. si preses. & l. interpretatio. ¶ Itē qd iudex inquātū minus potest cōdemnare debet: vt not. ff. de preto. stipu. l. si. & in aut. de iudi. §. omnes autē. col. vj. C. de vi publ. l. seruos. & l. fi. ¶ Non obstāt iura alleg. in cōtrariū. ff. de dona. l. senatus. de verb. oblig. l. quod dicitur. & l. stichū. quia ibi sunt plures res & diuerse: & ideo lex fingit plures donationes & stipulatiōes sed hic est vnum factum & vnus insultus nō fingitur quod sint plures: vt not. ff. de leg. ij. l. iij. q2 ibi fuerūt plures res expresse. & non ob. ff. de termi. mo. l. ij. & d. l. quicūqz. q2 ibi fuit reiteratio delicti si bene aduertatur, vnde ibi reiteratur pena: vt ibi not. in. d. l. quicūqz. ¶ Fateor tamen qd si quilibet accusatur de per se de iniuria sibi facta vel plures fierent inquisitiones pro quolibet insultu quod pro quolibet tunc puniretur: vt. ff. de priua. delic. l. nunꝙ plura. arg. ff. de excep. rei iudi. l. si cum vno. ibi nam & est. Et de hoc etiam no. s. de insul

38 tu & percus. ¶ †Sed quid accusatus est M. ꝙ ipse percussit & vulnerauit I. Iste M. dicit qd casu percussit & vult ꝓbare: nunquid debet audiri. Rn̄deo sic: q2 defensionis facultas non est deneganda. C. de iure fis. l. defensionis. ff. de questi. l. vnius. §. cogniturū. ff. ad. l. aquil. l. inde neratius. §. fi. de questio. l. j. §. si qs vltro. ibi innocētia sua &c. Et hoc probato debet absolui: q2 casus excusat: vt. ff. de pe. l. respiciēdū. §. casu.

39 & §. relinquit. & C. de fica. l. j. ¶ †Sed quō probabit qd casu delinquit. Rn̄deo q2 probabit ꝙ ibat super equo per aliquā viam: & equus ob aliquā causam inopinate territus ꝓiecit se ad aliquā partem & cultellus vel ensis quem portabat cecidit: & illum tali modo percussit, vel simile quid, vel probabit ꝙ cum vellet percutere feram bestiam vel auem transeūtem percussit: vt. ff. de pen. l. respiciendum. §. pen. cum simili.

40 ¶ †Sed pone qd aliquis vulnerauit aliquē, & de hoc accusatus est nunquid presumitur ꝙ dolose fecerit. Rn̄deo sic videtur: q2 omne malū malitiose presumitur esse actum. C. de iniur. l. si nō conuitij. nisi probet se dolo nō fecisse. ¶ Et probabit hoc isto modo: q2 probabit se hominē bone fame & bone conditionis & qd consuetus sibi cauere a rixis & a malis operationibus. ¶ Item q2 persona offensa est filius vel nepos: & ita nō est presumptio qd dolose fecerit: q2 null9 amor vincit paternū. C. de cur. fu. l. fi. ff. quod met. cau. l. isti quidē. in fi. vel aliter esset sibi sanguine coniuncta persona: nā tunc tollit̄ presumptio in iure. ff. de iniur. l. vestē. vel erat soci9 su9, vel amicus, vel domesticus, vel simile. C. de fur. l. de emēda. ff. de iniur. l. item apud Labeonē. §. adijcit̄. vel ꝓbabit qd fecit ad sui defensam vel rerum suarū vel filiorum vel similiū vel quod casu fecerit: vt dictum est supra vel quod erat talis persona que poterat offendi impune: vt. s. de perso. que pos. offen. sine pena. vel ꝓbabit qd cū tetigit spinctus vel fecit eū cadere: & tali modo vulnerauit: vt. ff. ad. l. aqui. l. qua actiōe. §. proinde. & l. si ex plagis. si quadru. paupe. fe. dic. l. j. §. si in-

41 stigatu. cum simi. ¶ †Sed quid M. ibat ad cōmittēdū maleficiū homicidiū vel furtū, vel quid simile, ego sciui: q2 mihi dixit nō tamen dolo meo vel culpa premisi: sed potui prohibere & non ꝓhibui: & de hoc fui accusatus: nunquid sum puniendus. Respon. quo ad Deum planū est: vt puta quia teneor. arg. extra de hereti. c. ij. & ij. q. vij. negligere cum possit. extra de hereti. c. cū ex iniuncto. Iuxta illud. Dilige proximum tuū sicut teipsum. ¶ Sunt quidā qui dicunt ꝙ teneor & sum puniēdus si non prohibeo, si facere possum: casus est l. ff. ad. l. aqui. l. scientiā. de noxa. l. in omnibus. & facit. xxiij. q. iij. c. nō inferēda. & c. vlti. qd si non possis opere saltem clamore: vt. ff. ad silla. l. ij. §. hoc autem. ¶ Alij dicunt qd si sum officialis quod teneor secus si priuata persona: & de hoc no. extra de sen. excō. c. quante presumptionis. extra de homici.

42 c. sicut dignum. §. j. ibi etiam not. cōtrarium. ¶ †Sed pone quod pater fuit mortuus: & iudex non potest procedere nisi accusetur & nullus accusat: nūquid poterit compellere filiū vel heredem interfecti accusare. Respondeo nō. C. vt nemo inui. age. vel accu. l. j. ¶ Sed quia reipublice interest ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aqui. & quia iudex habet punire maleficia[a] & purgare prouinciam malis hominibus: vt. ff. de offi. presi. l. cōgruit. & propter scādalum euitandum: vt. ff. de fica. l. pe. & quod res mali exempli: vt. ff. de pe. l. si quis aliquid. & etiam ad errorem aliorum ne de facili cōmittant maleficia. C. de pen. l. operis. puto qd ex suo officio possit compellere filium vel heredem accusare: & si non fecerit puniatur: al's priuetur successione tanꝙ indignus: vt. ff. de his quib. vt indig. l. cum fratrem. si maior est:

43 vt. C. eo. l. in minoribus. ¶ †Sed pone quod Titius interfecit Ioā. & est accusatus ab aliquo: & lit. contesta. venit filius interfecti: & vult accusare: nunquid auditur. ¶ Respon. vt dicunt quidam qd nō: vt. C. de accu. l. qui de crimine. nisi doceat secūdus de preuaricatione primi accusantis: & se ignorasse primā accusam fuisse factam: vt. ff. de accus. l. hi tātum. §. ab alio. & l. is cui. §. ijsdem. que probatio fiet per iuramentum accusatoris huius iurando se ignorasse accusationem fuisse ab alio porrectā. ¶ Alij dicunt contra qd potest, & est audiēdus: vt. ff. de adul. l. j. §. si. de iure fis. l. eo. §. cum autem. de bo. lib. l. si filius. cum ipse prosequatur suā vel suorū iniu-

44 riam, qd verius est: & no. in. d. l. de crimine. ¶ †Sed vsquequo auditur. Respōdeo dicunt quidā qd semper ante aperturam testiū & non post. arg. ff. de euic. l. si rem. §. fi. C. de tēp. app. l. iij. in fi. nisi dolo se fieret, vt per secundā accusationem processus impediretur: tūc nunꝙ est audiēdus secūdus accusator: quia malitijs est obuiandū &c. vt. ff. de rei vendi. l. in fundo. & iudicis officiū nō debet esse delusorium: vt. ff. de iudi. l. si pretor. ¶ Alij dicūt audiri debere ante sententiā: vt. ff. de adult. l. si maritus. quia ordinariū auxiliū prefertur. ff. de

45 mino. l. in cause. la. ij. ¶ †Sed quid accusatus est Titius de homicidio: & citatus & requisitus personaliter vel ad domū vbi tunc habitabat non cōparuit: sed fuit contumax ꝓpter qd fuit condēnatus pena capitali prout fieri debuit: vt not. s. de homi. an valeat talis sententia. Respōdeo nō siue sit absens lite cōtesta. siue nō: quia in absentē nō potest fieri talis sententia de iure. ff. de pe. l. absentē. sed bona debuerūt describi & etiā annotari in libro accusatio. malefi. & si absens moriatur intra annū bona dantur successoribus: post annū nō vt. ff. de requi. reis. l. j. §. si presidijs. & §. sed papi. l. ann9. & d. l. absentē. C. de accu. ¶ Fallit in casu vbi valet sententia in ab-

46 sentē: vt. d. l. absentem. §. j. & seq. ¶ †Sed quid plures dolose & appēsate fecerunt insultū contra aliquē & ipsum interfecerunt: & ipsi accusati sunt & probatū est contra eos nūquid sunt puniendi & condemnādi de homicidio. ¶ Respon. sic: vt. ff. ad le. aquil. l. itē mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. cū

47 simi. ¶ †Sed pone quod aliquis dedit plures alapas alicui & accusatus est nūquid pro qualibet debet condemnari. ¶ Respon. sic: quia plura fuerūt delicta. arg. C. de ser. fugi. l. quicunqz. ff. de termi. mo. l. ij. ff. de adul. l. si adul. ff. de iniu.

48 l. si pretor. §. si plures. ¶ †Sed pone ꝙ plures accusati sunt de dāno dato in vna accusa. de quo dāno est imponenda pena. x. lib. nunquid intelligitur quilibet condēnatus in. x. lib. ¶ Respon. nō sed quilibet tenetur pro parte & non insolidū in. x. lib. C. si plu. vna sen. l. j. & ij. nisi sit dictū ipsos & quēlibet ipsorū cōdēnamus insolidū in. x. lib. ¶ Sed hoc dici nō debet nisi petitū sit in accusa. arg. ff. cōmu. diui. l. vt fundus. q2 sententia est formāda secundum formam accuse, & non alio modo: vt extra de accusa. c. qualiter & qn̄. §. pe. de simo. c. li-

49 cet. facit. C. si cer. peta. l. si nō singuli insolidum. ¶ †Sed pone qd quis propter ebrietatem commisit delictū aut homicidium accusatus est: nunqd de homicidio puniet̄. Respō. nō videt̄ q2 istud delictū nō cōmittit̄ sine dolo. ff. de sic. l. in lege. sed iste nō videt̄ dolo facere cū sit extra mentē suā. ¶ Et qd ebrietas excusat ꝓbat̄. xv. q. ij. c. sane. & c. iebriauerūt. ¶ Sz de ebrietate est puniendus: vt. xv. q. ij. c. sane diximus. & puto iudicis arbitrio & nō ad mortē nec de homicidio: sed alia pena pecuniaria extraordinaria: vt. ff. de cri. stel. l. iij. ¶ Et de facto fuit quidā in casu isto cōdēnatus in carcerē per. x. an-

50 nos: & qd nō daret̄ sibi vinū bibere: & fuit Ianue. †Sed qd ordinatū est ꝙ si quis percusserit aliquē cū gladio puniat in c. lib. quidā accusatus est qd percussit cum bastono magno vel cum lapide magno: nunquid dicta pena debet puniri. ¶ Respō. sic:[b] q2 appellatione gladij siue teli continent̄ fustes, & lapides & omne qd ab arcu mittitur: & ita ferrū & haste, lācee, scuta, & galee: vt insti. de publi. iudi. §. item lex. ff. de vi & vi arma. l. iij. §. j. de verb. signi. l. armorum. insti. de interdic. §. si autem. ¶ Item omne illud qd nocere potest: vt. ff. de pigno. fur. l. si pignore. §. furem. & ff. de publi. iudi. l. armatos. & l. qui edes. §. telorum. & intelligo si satis nocere potest. ¶ Si autem est baculus modicus vel lapis paruus, vel alia res modica quod nihil aut modicum possit nocere puto qd de minimis nō est curandū: vt. ff. de ven. inspi. l. j. in fi. arg. ff. de edili.

a ¶ Maleficia. qn̄ quis cōpellatur accusare. vide tu de hoc per Bar. in. l. inci. ff. de accus. & Bal. & Sali. in. l. si quis homicidij. C. de accusa. & per Sali. in. l. ex morte. col. ij. C. ad. l. aquil. q videntur tenere contra Bart. in d. l. inci.

b ¶ Respōdeo sic. Adde tu qd ista decisio nō videt̄ vera: q2 in statuto proprie appellatione armorū nō veniūt fustes, & similia: ita Ange. l. si de pignore. §. si furē. ff. de furt. & Ro. in. l. j. §. occisorū. ff. ad silla, & qd fustes & similia ꝓprie nō veniant appellatione armorū. gl. est singu. in cle. j. de sta. mona.

de edili.edic.l.j.§.proinde.⁊ in talibus modicis arbitrio iu-
dicis cōmitto:vt.ff.de extraor.cri.l.j.¶ Item appellatione
armorū cōtinētur enses,spate,sagitte cassides, helmi.⁊ hu-
51 ius similes: vt in auẗ.de armis.§.ꝓhibem⁹.col.vj. ¶ †Sed
nunquid cultellus paruus cōtinetur appellatione armorū.
¶ Respō.videtur qꝺ non:vt in.d.auẗ.de armis.§.solas.au
tem vt temperator vel cultellus paruus ad incidendum pa
nem,vt ibi not.quo ad portionē armorū.¶ Sed si talis cul-
tellus esset magnus lōgus ⁊ malitiosus ⁊ acutus,⁊ aptus
ad nocendū puto qꝺ appellatione armorum cōtineri possit:
vt.d.l.si pignore.§.si furem.⁊.d.l.armatos.⁊.l.hi⁹ qui.§.telo-
rum.¶ Sed si percutitur cum talibus armis bene punitur
de percussione facta cum dictis armis,vt in dictis legibus
cōtineẗ cū,talia satis nocere possint:licet sint modici cultelli
52 per iura predicta.¶ †Sed quid accusat⁹ est M. qꝺ ipse in-
terfecit adulterantem vxorem suam:⁊ probatū est nunquid
a puniatur de homicidio.¶ Respon.non:[a] q̄ licitū est ei hoc
facere:vt.ff.de adul.l.marito.⁊ in auẗ.vt lic.ma.⁊ aue.§.ijs
quoqꝫ.idem est in patre occidente adulterātem filiam suam
⁊ ipse occidit nunquid punietur de homicidio.Respō.non:
q̄ qꝺ fit lege permittēte penā non meretur:vt.ff.de sica.l.j.§.
fina.de adul.l.si adulteriū cum incestu §.impuberē.⁊.§.seq.
53 ¶ †Sed pone ꝙ M.accusatus est de homicidio vel de alio
delicto citatur vt compareat ad se defendēdū ⁊ excusandū
ipse aufugit ad aliam terram vel locum nūquid debet capi
⁊ remitti ad locum vbi deliquit ⁊ accusatus est.Respon.sic
de iure:vt in auẗ.vt nulli iudi.§.si quis comprehēsorum.col.
viij.C.de adulte.auẗ.sui criminis.vt ibi puniaẗ vbi deliquit:
vt in auẗ.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.¶ Sed de
54 cōsuetudine cōtra.seruaẗ.¶ †Sed nunqꝺ debet credi lite-
ris sigillatis sigillo publico illius ciuitatis sine alia ꝓbatio-
ne cōtra talē accusatū vt eis fiat trāsmisso.¶ Respon.videẗ
qꝺ sic:q̄ tales litere probant.C.de epis.⁊ cle.l.si qua per calū
niam.de reb.alie.non alie.l.ij.extra de fid.instru.c.ij.de ꝓba.
c.post cessionē.vbi de hoc no.sed tutius puto qꝺ videaẗ pro-
cessus ⁊ probatio facta super dicto maleficio:vt.C.de edē.l.
55 is apud quē.cum simi. ¶ †Sed quid quidam denunciauit
potestati ꝙ pater eius vel filius fuerat interfectus potestas
incepit procedere ꝑ inquisitio.ille inquisitus cōparuit ⁊ ne-
gauit.Modo iste qui denūciauit vult accusare illum ⁊ pro-
cedere via ordinaria nūquid audieẗ:videtur qꝺ sic:quia or-
dinariū auxilium prefertur extraordinario:vt.ff.de mino.l.
b in cause.ff.ad municip.l.j.¶ Econtra[b] qꝺ non eligendo illā
viā denuncia.in alia sibi preiudicat.ff.de tabu.l.qꝺ in here-
dem.§.eligere.C.de codi.l.fi.¶ Sol.aut nominauit homici
das certos cōtra quos est inquisitū ad instātiā istius:⁊ tunc
non auditur ad accu.q̄ elegit illā viā:vnde in alia sibi preiu
dicauit:vt.d.l.qꝺ in heredē.§.eligere.cū simi.⁊.ff.de accu.l.si
cui.§.iisdē.q̄ de qua re cognouit iudex de ea ⁊c.vt.ff.de iud.
l.de qua re.¶ Si autē non nominauit aliquā certā personā
sed solū notificauit iudici maleficiū fuisse cōmissum in perso
nam talis,⁊ iudex cepit inquirere ⁊ tūc audiẗ:vt.ff.de custo.
reo.l.diuus.circa mediū.de iur.fis.l.edictū.§.cū autē.¶ Itē
q̄ ordinariū iudiciū prefertur:vt.d.l.in cause.¶ Itē q̄ solū
notificādo nō videẗ renūciare iuri qꝺ ignorat ⁊c.vt.ff.de in-
offi.test.l.mater.Alij autē dicūt ꝙ semper est audiēdus vsqꝫ
ad testium aperturā vel ad sentētiā,q̄ ordinariū auxiliū ⁊c.
56 vt.d.l.cause.ff.de euict.l.si tunc.§.fi.cum simi.¶ †Sed quid
accusaui te de furto mihi facto tali anno,mēse,⁊ in tali loco
⁊ postea in accusa insero ꝙ tu es homicida ⁊ plagiarius sa-
crilegus ⁊c.nūquid valet talis accusa ⁊ fit ꝓcedē.super cri-
minibus in ea contentis.¶ Respondeo qꝺ solum super fur
to debet procedi.ratio est quia non habetur annus mensis
nec locus in illa parte accuse:vbi dicitur qꝺ tu es homicida
plagiarius ⁊c.qui dies ⁊ locus esse debet.ff.de accus.l.libel-
lorū.⁊ extra de proba.c.quoniā contra falsam.⁊ sic nō valet
accusa in illa parte nec etiā testis potest deponere super iis
cū sit extra accusam:vt.ff.de peti.hered.l.si quis libertatē.§.
fi.C.qui legi.perso.stan.in iudi.non habent.l.momentanee.
57 ¶ †Sed quid dū proceditur super facto furto volo ꝓbare
ꝙ tu es homo male fame assuetus furari ⁊ latrocinari nun-
quid sum audiēdus.¶ Respon.sic videẗ q̄ ꝑ talē approba.
aggrauaẗ tua fama ⁊ cōtra te inducit presumptionē q̄ qui
semel mal⁹ ⁊c.¶ Item q̄ quis reputaẗ talis qualis fama
de eo predicat:vt.ff.de questio.l.de minore.§.tormēta.ibi.nā
quisquis talis ⁊c.¶ Itē quia expedit peccata malorū fieri
not.ff.de iniur.l.eum qui.ff.ad.l.iul.maiesta.l.famosi.§.serui
58 quoqꝫ.ibi,nā ⁊ ꝑsona ⁊c.ff.de edili.edic.l.q̄ro.cū si.¶ †Sed
quid ordinatū est qꝺ si quis percusserit cū sanguinis effusio-
ne aliquē ꝙ puniatur in.xx.lib.⁊ si membrum absciderit pu-
niatur in.c.lib.pone quod quis abscidit vnum digitum vel
duos,vel auriculam vel quid simile queritur vtrū sit puniē-
dus in.xx.lib.pro percussione an in.c.pro abscissione mēbri
cum digitus videatur esse membrū.ff.ad.l.aquil.l.si seruū.§.
⁊ si nullum.ibi aliquod membrū.ff.de edili.edic.l.idem offi-
lius.⁊.l.queritur.§.si quis digitus.¶ Econtra qꝺ non cum
digitus non sit membrum sed pars ⁊ officiū membri,scilicet
manus in qua est:vt.ff.de sta.homi.l.non sunt liberi.ibi offi-
cia ampliauit.C.de ser.fugi.auẗ.sed nouo iure.¶ Si enim
digitus est manus que membrum est non diuersis nomini-
bus dicerentur,vnde cū sit diuersitas in vocabulo ⁊ in effe-
ctu esse debet:vt.C.de codicil.l.fi.¶ Item facit.ff.de calū.l.
fi.C.de dona.inter vir.⁊ vxo.l.si maritus.¶ Item vulgari
sermone digitus non dicitur manus sed digitus,vnde non
est membrum sed pars membri. ¶ Item ⁊ ramus arboris
non dicitur arbor,sed ramus vulgariter ⁊ est pars arboris
non autem arbor ⁊ naturalis ratio non minus consyderan
da est ꝙ̄ lex.ff.de bo.dam.l.cum ratio naturalis.⁊ iura na-
turalia sunt immutabilia ⁊c.¶ Item etiā vulgaris sermo
est obseruandus.ff.de fun.instru.l.cum delanionis.§.asinā.
¶ Item auricula est pars capitis ⁊ non caput,qꝺ dicitur
principale membrum hominis:vt de relig.⁊ sump.fu.l.cum
in diuersis.¶ Unde nō est membrum digitus nec auricula
sed pars membri:vt.d.l.nō sunt liberi.⁊.l.si idem ⁊c.cum si-
mi.vnde non punitur de abscissione membri sed solū de per-
cussione,⁊ ita tenent doc.⁊ ita fuit determinatum de facto.
facit extra de corpo.vitia.c.fi.¶ Si vero eruatur oculus vel
abscindatur nasus propter deformitatem que subsequitur
dico ꝙ maior pena sit imponenda de iure quam pro digito
vel auricula ⁊c.vt insti.de iniur.§.atrox.ff.de iniur.l.pretor.
§.fi.⁊.l.seq.¶ Si vero propter abscissionem digiti tota ma-
nus esset facta arida,⁊ inutilis:tunc puto ꝙ pena abscissio-
nis membri puniatur cum perinde valeat talis percussio ac
si membrum esset incisum.arg.extra de cle.egro.c.ij.ff.de edi
li.edic.l.offilius.ad legem aquil.l.ita vulneratus.ibi ver.⁊c.
c ¶ Sunt quidā qui dicūt ꝙ oculus[c] pollex ⁊ nasus sunt mē
bra.l.v.dist.c.si quis pro egritudine.⁊.c.lator.⁊.c.si euangeli-
ca.cū simi.¶ Sed illi canones loqūtur inquātū ad hoc vt
talis mutilatus nō possit consecrare corpus Christi propter
deformitatem suam.⁊ facit extra de cor.vitia.c.j.⁊ fi.⁊.c.ex-
59 posuisti.de cler.egro.⁊.c.presbyter.cum simi.¶ †Sed quid
ordinatum est qꝺ quicunqꝫ portat cultellum puniatur in.v.
lib.⁊ per aliud statutū ordinatum est quod si quis vulnera-
uerit aliquem cum cultello puniatur in.xxv.lib.quidam ha
bendo cultellum cum ipso vulnerauit:quero an debeat pu-
niri de portatione cultelli ⁊ etiam de vulnere.¶ Respō.aut
iste percussor iuit ad accipiēdum cultellū,⁊ subito cum ipso
vulnerauit:⁊ quasi eodem impetu:tunc solū de vulnere pu-
nietur,⁊ non de portādo cultellum aut vero habebat ⁊ por-
tabat,⁊ de vtroqꝫ punitur.argu.C.de mo.mul.l.eos.ibi,sed
aliud continuatim.⁊.ff.de priua.delict.l.nunꝙ̄ plura.et ibi
60 Dy.¶ †Sed pone ordinatum est quod si quis percusserit
aliquem sine armis puniatur in.x.lib.si vero cum armis in
xxv.quidam habendo arma percussit manu vacua,vel pu-
gno,vel pede non tamen cum armis:queritur qua pena sit
puniendus.Respon.videtur in.x.lib.quia illa dictio cū de-
notat conditionē facti: vnde necesse est ad hoc vt puniatur
in.xxv.lib.qꝺ percussio sit facta cum armis predictis,nō ta-
men habendo solū arma,⁊ quod dictio cum sit conditiona-
lis habetur.ff.de verb.obli.l.quicūqꝫ.§.pe.Unde cū nō per-
cusserit cum dictis armis:licet ipse haberet nō debet puniri
nisi in.x.lib.de percussiōe facta manu vacua,vel pugno,vel
pede:vt dictū est.¶ Item alia ratione:q̄ ordinamētū dicit
si quis percusserit cū armis nō dicit habendo arma nec ista
verba cū armis ita debēt intelligi:q̄ sic verbis ⁊ non rebus
lex esset imposita qꝺ esse nō debet:vt.C.quādo dies leg.ced.
l.ij.in fi.Item q̄ pene sunt moliēde:vt.ff.de pe.l.interpreta.
¶ Econtra videtur qꝺ in.xxv.lib.quia ordinamētum dicit
si percusserit cū armis:⁊ vbi lex non distinguit nec nos.l.de
precio.ff.de pub.¶ Itē verba statuti sunt stricti iuris,vnde
debent intelligi prout iacent:vt.ff.de exerc.l.j.§.cum igitur.
61 cū simi.Sed qꝺ prius,dixi verius puto.¶ †Sed quid dicit
statutum qꝺ si quis percusserit manu vacua puniatur in.x.
lib.si vero armata manu puniatur in centū quidam percus-
sit cum manu habēdo chirothecā de corio in manu vel aliā
rem similem qualiter punietur.¶ Respon.dicunt quidā qꝺ
in.c.lib.cū non possit dici manus vacua si habet aliquid in
manu.arg.ff.de contrahen.emp.l.ij.§.j.cum.l.seq.cum simi.
¶ Sed puto aliter dicē.nam iste percussor aut habebat ali-
quid in manu quod contineatur appellatione armorū cum

a ¶ Respōdeo nō. Intellige si adulter sit vilis: vt.l. gracchus.C.de adul.⁊ qꝺ si non punitur.l.cor.de sicar.puniẗ tamē aliter,vt ꝑ Sali. in.d.l.gracch⁹.⁊ intellige qn̄ deprehēdit occisuꝫ in actu veneris: ita ⁊ in patre de quibus vide late ꝑ Ang.in tract. malefi.in ver.che hai adulterato. col.j.⁊.ij.et vltra ibi dicta. Adde Alexā.in consil. lxxvj.col.j.ver.tamen pro.in.j.vol. ⁊ in cōsi.cxlj.col. fin.ver.p̄terea.in ij.vol. in quibus locis habes quādo possit occidere vxorem.

b ¶ Econtra. De hoc vide ꝑ Ang. in trac.malefi.in verñ.hec est q̄dā inquisitio.col.j.⁊ ver.quero an inquisitus.

c ¶ Oculus.adde ꝙ imo oculus est membrum:q̄ habet propriā et distinctā operationē in corpore nostro,vt tetigit aristot.in.iiij.moraliū.⁊ dicit Imol. i.l.ij.col.iiij.ff.de publ.iud.allegādo Bal.⁊ Ang.

quo possit de facili offendere: ⁊ tunc sit verum quod. s. dictū
est: alias secus quia in dubio contra fiscū est pronunciañ. vt
l. non puto. ff. de iure fis. ⁊ quia pene potius sunt moliēde. ff.
62 de pe. l. preses. ⁊ l. interpreta. cū si. ¶ †Sed quid ordinatum
est quod si quis percusserit cū armis puniatur in. c. lib. qui-
dam stando super equo percussit cum pectore equi vel per-
cussit cum capello vel cum caputio vel cū pane vel piro vel
mantello vel simili re: nūquid punietur de percussione facta
cum armis. ¶ Respon. dicūt quidam quod sic: quia appel-
latione armorū continentur omnia quibus nocere quis po
test. ff. de verb. signi. l. armorum. cum ergo talia nocere pos-
sint debet puniri. ¶ Econtra quod nō: quia arma specifica
ta sunt a iure: vt in auf. de armis. §. solos. coll'. vj. ⁊ predicte
similitudines vt panis non cōnumerantur appellatione ar
morum: nam si lex voluisset huiusmodi continere generi ar-
morum expressius dixisset. C. de cadu. tol l. j. §. ne autem. vn-
de cum non fuerint specificate pro omissis haberi debent. ff.
de verb. obli. l. quicquid. ¶ Item quia in talibus debemus
consyderare naturam aptitudinem ⁊ consuetudinem sicut
in mutuo. ff. si cer. pet. l. ij. §. mutui. ¶ Item etiam communē
vsum loquēdi, sed ſm communem vsum loquendi tales res
non continentur appellatione armorum ⁊ talis sermo com
munis obseruandus ⁊ sequendus est. ff. de lega. iij. l. librorū.
§. quod tamen cassius. nō ergo debet puniri de percussione
facta cum armis. ¶ Si enim volumus dicere esse de gene-
re omne quod generaliter nocere potest. Iam granū fabe ⁊
festuca palearum cōtinebitur appellatione armorum: cum
aliqualiter nocere possit ⁊ sic intātum punietur pro percus-
sione cum grano fabe: vel simili re quātum pro percussione
facta cum cultello vel cum ense, quod ridiculum videtur, cū
magnitudo vulneris ⁊ atrocitas sit inspicienda. ff. de iniur.
l. vulneris magnitudo. cum simi. ⁊ de modicis non est curā-
dum: vt. ff. de ven. inspi. l. j. ⁊ etiam qualitas rei est spectāda
cum qua maleficium est factum. ff. de sicar. l. j. §. sed si claua.
ff. de pe. l. aut facta. ibi qualitatem ⁊ quātitatē. ¶ Itē quia
iura adaptantur ad ea que cōmuniter accidunt ⁊ frequen-
ter: vt. ff. de legib. l. ex his. ⁊ l. seq. ⁊ hoc verius puto. vnde in
talibus ⁊ similibus casibus cōmitto iudicis arbitrio in pu-
niendo taliter delinquentem cum nō sit pena expressa ⁊c. fa
cit. ff. de iur. delibe. l. j. §. cum similibus. facit qꝺ not. extra de
senten. excommu. c. cum illorum. in gloss. quid sit modicum.
63 ¶ †Sed quid cōtinetur in statuto ꝙ si quis percusserit ma
nibus sine sanguine ꝙ puniatur in. x. lib. si vero cum sangui
nis effusione in. xx. lib. Quidam cepit per capillos aliquem
⁊ extraxit ipsum ad terram ita quod cecidit super lapide cū
capite vel cum genu vel cum manibus ⁊ sanguis exiuit nū-
quid punietur in. xx. lib. tanq̄ pro percussiōe facta cum san-
guinis effusione. ¶ Respon. non videtur. quia non percus-
sit vt statutum dicit: ⁊ forma statuti est seruāda. ff. ad muni.
l. constitutionibus. nec a verbis eius debet recedi. ff. de exer
ci. l. j. §. ergo. de leg. iij. l. non aliter. cū simi. ¶ Econtra quod
sic, licet non percutiat: quia tantundem fecit. arg. optimū. ff.
ad. l. aquil. l. qua actio. § proinde. ⁊ l. item mela. §. si plures. ⁊
§. item cū eo. ⁊ eo. tit. l. boues. ⁊ l. si ex plagis. §. eque. ¶ Itē
ille qui causam damni dat damnum dedisse videtur ⁊ nihil
prestat ⁊c. ff. de sica. l. nihil. de parrici. l. vtrū. ⁊ maleficiū non
debet esse impunitū. ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. cum simi.
64 ⁊ hoc verius videtur. ¶ †Sed quid ordinatū est qꝺ si quis
percusserit aliquem cum sanguine puniatur in. c. lib. contin
git qꝺ aliquis percussit aliquem cū gladio cum magna per-
cussione ⁊ magna sanguinis effusione ⁊ alium percussit cū
vngula vel alia modica re: ⁊ cū modica sanguinis effusione
nunquid punietur in tantum de modica percussione quan-
tum de magna. ¶ Respon. sic: ⁊ videtur quod verba statu-
ti indistincte loquuntur ⁊ nō distinguit inter magnam per-
cussionem ⁊ paruam: dūmodo sanguis exeat ergo nec nos.
ff. de publi. l. de precio. ⁊ generaliter prolata generaliter sunt
intelligenda ⁊c. ff. de lega. prestan. l. j. §. generaliter. ff. de leg.
iij. l. non aliter. ⁊ forma est seruanda. ff. ad muni. l. cōstitutio-
nibus. ¶ Econtra quod non: quia vulneris magnitudo est
consyderanda: vt. ff. de iniu. l. vulneris. ff. de edili. edic. l. j. §.
proinde. ibi minusculū vulnus ⁊c. vt quis magis ⁊ plus pu-
niatur pro magna percussione q̄ pro modica debem⁹ intel-
ligere verba cum effusione sanguinis, scilicet magna. ar. C.
de inoffi. testa. l. ij. ⁊. xv. q. reuertimur. xvij. dist. sepe. ¶ Item
quia quātitas ⁊ qualitas est cōsyderanda. ff. de pe. l. aut fa-
cta. ibi qualiter. Itē ⁊ res cū qua facta est percussio: vt. ff. de
sica. l. j. §. sed si claua. Itē statutum debet intelligi ⁊ interpre
tari ſm ius cōmune: vt. ff. de mu. ⁊ ho. l. vt gradatim. §. si le-
ge. ⁊ hoc verius est de rigore iuris: vnde arbitrio iudicis cō-
mittitur pena consyderata qualitate ⁊ magnitudine vulne
ris ⁊ effusione sanguinis, vt dictū est: ⁊ hoc no. extra de sen.
excom. c. cum illorum. in gloss. quid si modicū. sed per formā
statuti primam opi. vidi multoties obseruari: sed cōtra ius
65 est: vt dixi. ¶ †Sed quid quidam accusatus fuit de insultu
facto cum armis ⁊ de percussione facta cum sanguinis effu
sione: sed quia non probauit predicta ſm formam accuse vt
debuit vel quia accusauit te de maleficio commisso cum ar-
mis: ⁊ ipse probauit sine armis ⁊ idē in simili dico quod de
eo vt vidi alias facta fuit absolutio, vt debuit quia de neces-
sitate est quod fiat probatio ſm formam accuse. ff. vi bo. rap.
l. pretor. §. docere. ⁊. §. hec autem actio. ⁊. ff. de adul. l. denun-
ciasse. §. quid tamen. ibi neqꝫ enim ⁊c. ¶ Item quia ſm for-
mam accuse facienda est cōdemnatio. ff. commu. diui. l. cum
fundus. extra de accu. qualiter ⁊ quando. §. pe. de simo. c. li-
cet hely. vnde si nō est facta probatio ſm formam accuse ne-
cessario est sequēda absolutio: quia nō debuit ignorasse deli
ctum in se commissum. ff. de dolo. l. ex dolo. § in hac. ⁊. §. seq.
66 nec qualitates delicti in se commissi. ¶ †Sed si iste accusa-
tor vult accusare de nouo, ⁊ nouam accusam facere de sim-
plici insultu in ipsum facto vel de percussione sine sanguine
vel in diem, ⁊ idem in simili dico nunquid est audiēdus, vel
si iudex vult dicto modo inquirere vt dictum est nūquid po
test. ¶ Respon. ⁊ videtur qꝺ non: quia non debet sepius de
eodem delicto inquiri. Item obstat exceptio rei iudicate. l. j.
⁊. ij. de excep. rei iudi. ¶ Econtra videtur qꝺ sic: quia aliud
est maleficium cōmissum de nocte aliud de die ⁊ aliud com-
missum cum sanguinis effusione ⁊ aliud sine, ⁊ aliud de sim
plici insultu: ⁊ aliud de insultu ⁊ percussione: ⁊ idem in simi-
li dico: ⁊ alia pena imponitur pro vno ⁊ alia pro alio. arg. ff.
de sepul. vio. l. iij. §. aduersus. sicut aliud est damnum culpa
cōmissum aut dolo. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. l. j. ¶ Item
sicut est separata natura diuersorum: ⁊ cōditio ⁊ modus se-
paratus intelligitur. ff. de calum. l. fin. ¶ Item talia malefi
cia sunt reiterabilia. ff. de verbo. obli. l. si sic. ⁊ hoc verius ſm
Tho. ¶ Sed puto tutius esse dicere qꝺ si fiat absolutio ab
obseruatione iudicij propter ineptam probationē, ⁊ proces-
sum qꝺ potuerit tunc de nouo cognosci de dicto maleficio:
vt no. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. j. §. hec autem actio. ad hoc ne
maleficium sit impunitum: vt in. l. ita vulneratus. ff. ad legē
67 aquil. cum simi. ¶ †Sed pone ordinatū est qꝺ si quis fecerit
aliquam accusam ⁊ ipsam nō probauerit qꝺ condēnetur in
lib. x. ¶ Quidā accusauit plures in vna accusa de eodē ma-
leficio qꝺ esse potest. C. de his qui accu. non pos. l. cū rationi-
bus. ⁊ l. cū reus. ⁊ si reus vel accu. mor. fue. l. j. sed ipsam ac-
cusam nō probauit queritur an debeat cōdemnari in. x. lib.
pro vna accusa ⁊ vno maleficio an pro quolibet accusato in
x. lib. ¶ Respō. quod videtur quod pro quolibet accusato.
arg. C. de dona. l. senatus. de verb. oblig. l. scire. ¶ Itē quia
videntur tot iniurie quot sunt persone: vt. ff. de iniur. l. si plu
res. C. commu. diui. l. ad officium. de ser. fug. l. quicunqꝫ. §. j.
cum simi. ¶ Econtra quod solum vna pena. x. lib. cū vnum
sit maleficiū vna sit accusa vnus sit libellus in quo sunt plu-
res accusati, quod esse potest: vt supra dixi: ⁊ ibi est vnus li-
bellus non potest dici quod sint plures: quia vnitas non ca
pit diuisionem. ¶ Item quia licet detur vnus tutor simul ⁊
semel pluribus pupillis vna est datio vna tutela nō plures:
sic ⁊ hic. ff. de excu. tuto. l. tria onera. l. si is. §. fin. ⁊ non debet
numerus personarum attendi. ff. de pac. l. maiorem. ⁊ vide-
tur quasi casus. ff. arb. fur. ces. l. si plures. §. finali. ⁊ l. at si ⁊c.
¶ Item quia vna fertur sentētia contra omnes et pro vno
maleficio: vt. C. si plu. vna senten. fue. l. ij. Facit optime. ff. de
iuris. om. iudi. l. si idem cum eodem. §. si. ¶ Item quia statu-
tum nō distinguit vtrum fuerint plures accusati in vna ac-
cusa vel libello: an vnus solus: ergo nec nos. ff. de publi. l. de
precio. ff. ad munici. l. constitutionibus. de leg. iij. l. nō aliter.
cum simlib. ⁊ hoc verius puto: quia pene sunt molliende ⁊c.
Sunt alij qui tenent primam opi. per iura primo allegata ⁊
68 primo inducta. ¶ †Sed quid ordinatum est qꝺ si quis per-
cusserit aliquem condemnetur in. x. lib. Potestas fecit ban-
num ꝙ quicunqꝫ volens portare arma debeat satisdare de
non offendendo sub pena. c. lib. accidit quod quidā satisde-
dit: ⁊ postea offendit ⁊ percussit cū dictis armis aliquē: que-
ritur an in. c. lib. an in. x. debeat cōdemnari. ¶ Respōdeo vi
detur qꝺ in. x. ratio est: quia pena est in legis vel statuti pote-
state: non autem in arbitrio potestatis. ff. ad municip. l. respi
ciendum. ⁊ de arbi. l. cellsus. ¶ Item quia non potuit pote-
stas siue iudex duriorem penā imponere q̄ statutū siue lex
imponat. ff. de ver. sig. l. si qua pena. in fi. ⁊ si aliter facit non
valet. C. qñ prouo. nō est nec. l. certa, cū si. ¶ Econtra videt qꝺ
pena. c.

pena.c.lib.propter satisdationem prestitam: quia satisdatio
illa prestita fuit autoritate iudicis vel potestatis ad quietem
populi ꝙ facere potuit.argu.ff.de offi.presi.l.congruit.ff.de
offic.prefec.vrb.l.pe.§.quies.¶ Item ꝛ quia offendit cũ ar-
mis ꝛ contra satisdationem prestitã:vnde debet in lib.c.pu-
niri:qꝛ satisdatio debet aliquid operari.ff.de lega.j.l.si quã-
do.Alioquin verbis ꝛ non rebus satisdatio esset imposita,
quod esse non debet.C.quando di.leg.ced.l.ij.in fi.¶ Solu.
potest dici:aut illa satisdatio fuit extorta per iudicem ex sua
voluntate ꝛ ex officio suo:ꝛ tunc puniatur in decem lib.per
iura primo allegata:aut per formam statuti: et tunc si cum
ipsis armis offendit puniatur in dicta pena centũ lib.per iu
ra proxime inducta,vel puniatur vtraqꝫ parte pena secũdũ
formam vtriusqꝫ statuti per.l.ff.de priua.deli.nunꝗ plura.
ff.de actio.ꝛ obli.l.cum ex vno.ff.vi bono.rapt.l.j.Si autem
percussit habendo arma ꝛ non cum ipsis armis:ꝛ tũc pena
minori dãnetur:qꝛ pene sunt molliende.ff.de pen.l.si preses.
69 ¶ †Sed quid M.fuit mortifere vulneratus a Jo.ꝛ de isto
maleficio fuit accusatus dictus Jo.lite pendente ꝛ ante sen
tentiam cõdemnationis latam dictus M.mortuus est op-
ponitur per dictum Jo.quod dictus iudex non potest pro-
cedere ad condemnationem de morte dicti Mar.cum extin
cta sit accusatio propter mortẽ dicti Mart.¶ Queriť quid
iuris.Respõ.omissis ambagibus videtur ꝙ iudex nõ possit
procedere ad cõdemnandũ dictum Joã.de morte dicti M.
de rigore,quia per mortem dicti vulnerati ꝛ mortui subsecu
tam:criminis cũ mortuo accusatore vel accusato extinguiť
accusatio.ꝛ omnia actitata:vt.ff.ad turp.l.an priuati.ꝛ.l.se-
natus.§.post mortẽ.ff.de publi.iudi.l.diffamato.de accus.l.
diui fratres.l.libellorum.§.fi.C.si reus vel accu.mor.fue.l.ij.
in fin.Sed facta absolutione ꝛ cancellatione dicte accuse ꝛ
actorũ bene poterit ab alia persona de nouo accusari intra
triginta dies vtiles:vt.d.l.libellorum.§.fin.vel si non appa-
reat accusator poterit iudex per inquisitionem procedere ꝛ
punire.extra de cele.mis.c.j.ꝛ fi.C.de aboli.l.j.ꝛ fi.ad hoc ne
maleficium sit impunitum.ff.ad leg.aquil.l.ita vulneratus.
70 ¶ †Sed quid ordinatũ est quod nullus debeat receptare
malefactorem in domo sua sub pena centũ lib.quidam com
misit maleficium ꝛ aufugit in domum tuam ꝛ se abscõdidit
te ignorante vel sciente ꝙ abscondiderat:sed ignorabas qđ
cõmisisset maleficium,queriť quid iuris.¶ Respon.ꝙ non
debes condemnari:qꝛ non abscondidisti eum:ꝛ abscõdere
est receptare.ff.de ser.cor.l.j.§.qđ autem.Itẽ quia nõ cõstat
qđ scieris fugam istius qđ opus est.ar.ff.ad.l.fla.de pla.l.si
quis seruum.de ser.fugi.l.quicunqꝫ.§.pen.de his qui latro.
occul.l.si quis ignorãs.in auť.de sanctis.epi.§.si quis in do-
mo sua.colla.ix.¶ Sed si tu recusares dare istũ malefacto-
rem iudici tunc tu debes puniri extraordinaria pena.C.de
his qui latr.occul.l.j.ꝛ.ij.circa prin.Alij dicunt ꝙ iste debet
puniri de recept.per.l.qui domũ.ff.de adul.ꝛ.ff.de ser.cor.l.
pen.ꝛ.ff.de fur.l.si quis.cum simi.¶ Sed non obstant quia
in dictis legibus ideo puniť ꝙ fuit sciẽs ꝛ particeps in deli
cto:nã si fuisset particeps tunc puniretur:vt.d.l.qui domũ.
71 cum simili.¶ †Sed pone qđ orta rixa inter aliquos plures
aliquis est vulneratus vnico vulnere vel pluribus vulneri-
bus ita qđ mortuus est:nesciť tamẽ ex cuius vulnere sit mor
tuus queriť an omnes sint de homicidio puniendi.¶ Rñ.
dicunt quidam qđ sic per.l.ita vulneratus.ff.ad.l.aquil.ꝛ.l.
itẽ mela.§.si plures.ꝛ.l.qua act.§.occisum.eo.titu.ꝛ.ff.de in-
iur.l.si plures.cum si.¶ Econtra qđ non:qꝛ nõ cõstat quod
omnes occiderunt,qđ esse debet:qꝛ in delictis probationes
debent esse luce meridiana clariores.l.sciant.C.de proba.de
pe.l.qui sentẽtiam.nec debemus talibus vti presumptioni-
bus vel mẽdicatis suffragijs.C.de accusa.l.singuli.ff.de pe.
l.absentẽ.¶ Item qꝛ in talibus debemus cõtemplari ictus
cuiuslibet delinquẽtis:vt.ff.de sica.l.j.Ita vt ille qui morti-
fere vulnerauit vel occidit de homicidio puniatur.Alij au-
tem de insultu vel de vulnere tantum:vt.d.l.fi.ꝛ.d.l.ita vul-
neratus.nam ꝭm qualitatem delicti est pena imponẽda.C.
de testi.l.fi.ff.eo.l.aut facta.¶ Item quia impossibile est in-
solidum omnes occidisse,vel quẽlibet occidisse:ꝛ qđ impossi
bile est,nullum est:vt.ff.de regu.iur.l.impossibilium.vnde cũ
non constet quis occidit nullus est puniendus cum ius nõ
deficiat,sed probatio.ff.de test.tut.l.duo sunt.¶ Item quia
in dubio melius est nocentem absoluere ꝙ innocentem con
demnare.ff.de pen.l.absentem.ff.de rei ven.l.pomponius.§.
sed.vnde nullus debet de homicidio puniri:ꝛ hoc verius:ꝛ
ita tenent communiter doct.¶ Sed quia delinquerunt ꝛ ne
maleficium sit impunitũ:vt.d.l.ita vulneratus.ꝛ iura sua-
dent ob maleficiũ solui penam.ff.de fideius.l.si actio.debent
pecuniariter cõdemnari prout iudici videtur de insultu vel
de vulnere inspecta qualitate facti ꝛ personarũ ꝛ facultati-
bus ipsarum:vt.d.l.aut facta.ff.de pe.ꝛ.l.hodie.ff.de extra-
ordi.cri.l.j.¶ Si enim cõstaret omnes ordinasse simul ꝛ tra
ctasse de tali homicidio cõmittendo ꝛ faciẽdo:tunc omnes
de homicidio puniuntur:vt.ff.de sicar.l.j.§.diuus.qꝛ vnus
videtur mandato alterius fecisse:vt.l.non ideo minus.C.de
accusa.ff.de iurisdi.om.iudi.l.si inde.§.fi.ff.de fur.l.qui iniu
rie.ꝛ qui per alium facit per seipsum facere videtur:vt.ff.de
admi.tut.l.si ita.§.gessisse.¶ Nec obst.ff.ad.l.aquil.l.itẽ me-
la.§.si plures.ꝛ.l.ita vulneratus.ꝛ.ff.de iniur.l.si plures.cũ
simi.qꝛ in dictis legibus quis punitur pro dãno dato ciuili-
ter ꝛ nõ criminaliter:ꝛ ciuile iudiciũ nil habet cõmune cum
criminali:vt inst.de pub.iudi.in prin.cum suis simi.¶ Sed
si cõstaret quis fuisset autor tunc ille solus puniret de homi
cidio pro omnibus.C.de vi pub.l.quoniam.ibi in eũ ꝛc.ꝛ di-
72 xi.s.de insultu in.§.sed quid in rixa ꝛc.¶ †Sed quid quidã
fuit accusatus in vna accusa.de pluribus maleficijs cõmis-
sis per eum,qđ esse potest.arg.C.de an.excep.l.si quis.extra
de accu.c.qualiter ꝛ quãdo.¶ Iste accusator quedã crimi-
na probauit forte cõmissa quedã non potuit probare,queriť
an sit absoluẽdus vel condẽnandus.Respõdeo omissis am
bagibus,aut maleficia sunt coniunctiue posita in accusa.ꝛ
simul ꝛ semel:ꝛ tũc videtur ab omnibus absoluẽdus:ratio
est,quia non est facta probatio ꝭm formã dicte accuse prout
iura requirũt:vt.ff.vi bono.rap.l.pretor.§.hec autẽ actio.ibi
docere ꝛc.ff.de adul.§.quid tamẽ.ita qđ non potest sequi cõ
demnatio ꝭm formam dicte accuse prout debet:vt extra de
accu.c.qualiter ꝛ quãdo.§.debet.si autẽ separatim fuerunt
delicta specificata in accusa.videnť esse tot accuse quot sunt
delicta.ff.de mino.l.etiam.ff.fami.ercis.l.in iudicio.ꝛ tũc su-
per probatione sequiť condẽnatio super nõ probatis sequiť
absolutio per iura predicta:ꝛ facit.C.si aduer.rem iudic.l.j.
¶ Alij dicũt indistincte debere absolui per iura primo alle
gata.Sed qđ dixi verius puto.¶ Sed si proceditur per in-
quisitionẽ:tunc semper super probatis fiet ꝛ sequitur condẽ
natio ne maleficiũ sit impunitũ:vt.d.l.ita vulnerat9.ꝛ.xxiij.
q.iij.hec crimina.qꝛ in inquisitione nõ requiritur tanta solẽ
nitas quanta in accusa.facit.ff.de offic.presi.l.congruit.ꝛ in
73 auť.de colla.§.iubemus.colla.ix.¶ †Sed quid quidã irato
animo insultauit alium cũ gladio modo ꝛ animo occidendi
eũ:non tamẽ percussit eum nec vulnerauit:qꝛ ille forte aufu-
git vel gẽtes in medio fuerũt nunquid est de homicidio pu-
niendus.Respõdeo dicunt quidã qđ sic per.l.C.de sicar.l.is
qui cũ telo.quia volũtas cũ actu pro facto habetur.ff.de sic.
l.j.§.diuus.ibi,ꝛ in eos.Econtra ꝙ nõ:quia non habuit ma
leficium effectũ:vt.ff.qđ quisqꝫ iur.l.j.ad fi.Itẽ quia vbi fa-
ctum desideratur:vt in casu nostro nõ sufficit volũtas:vt.ff.
de acqui.pos.l.cum heredes.¶ Itẽ quia verba debẽt intel-
ligi cũ effectu.l.si per aliũ.§.docere.ff.si quis in ius voc.non
ier.ꝛ magis sensum ꝙ verba spectamus:vt.ff.de iniur.l.itẽ
apud Labeonẽ.§.j.Nec ob.l.is qui cũ telo.cum simi.qꝛ de-
bet intelligi ꝭm determinationẽ dicte legis:vt.ff.de sica.l.j.
§.diuus.vt necessaria sit percussio,vt dictum est:quia nõ est
nouũ posteriores leges ad priores trahi:vt.ff.de legi.l.nõ est
nouũ.¶ Item quia debẽt leges legibus cõcordari:vt.C.de
inoffi.testa.l.ij.ꝛ legum correctio est euitãda ꝛc.ꝛ qđ nõ mu-
tatur in sua firmitate durat:vt.l.sancim9.C.de testa.l.facit.
ff.de act.ꝛ obli.l.quoties.de sepul.vio.l.fi.cum simi.ꝛ hoc ve
rius puto.¶ Si vero percussit ꝛ vulnerauit cum re apta ad
homicidiũ cõmittendũ animo occidẽdi:tunc punitur de ho
micidio de iure cõmuni,licet nõ occiderit:vt.ff.de sica.l.j.in
princi.ꝛ.§.diuus.ꝛ.l.in.l.dicta.§.is qui cum telo.cum simi.
74 ¶ †Sed quid ordinatũ est ꝙ si quis fuerit in banno cancel
letur si soluat cõmuni.x.lib.quidã positus fuit in bãno tem-
pore presentis potestatis:ꝛ post dictũ ordinamentũ factum
soluit.x.lib.cõmuni ꝛ petit se de dicto bãno cãcellari,queri-
tur quid iuris.Respõ.ꝛ videť ꝙ sit audiendus ꝛ debeat cã-
cellari cũ ordinamentũ debeat trahi ad futurũ tẽpus.C.de
leg.l.leges.ꝛ in auť.vt cũ de app.cog.§.j.cum simi.¶ Econ
tra qđ non:quia dictũ verbũ fuerit est preteriti tẽporis ꝛ de-
bet trahi ad preterita:ꝛ nõ ad futura:vnde dictũ ordinamẽ
tum nõ videť habere locũ.arg.C.de gene.abo.l.cũ eo.ff.de le
gi.l.cũ lex.ff.de verb.obl.l.si quis stipulatus.¶ Sed ad hoc
vt omnis cesset dubitatio debet dici si quis fuerit vel erit in
banno ꝛc.ppter verbi significationẽ.ff.de verbo.sig.l.verbũ
erit.vbi de hoc.ꝛ.l.verbũ oportebit.ꝛ hoc approbatur de iu
ris rigore.¶ Sed prima opi.videtur benignior:ꝛ ideo pre-
ferenda:vt.ff.de legibus.l.benignius.C.de iudic.l.placuit.
75 ¶ †Sed qđ ordinatũ est ꝙ si qua domus fuerit cõbusta,vel

bladū in aliqua villa debeant capere malefactores ꝙ si non
fecerint emendent damnū datū: pone ꝙ domus ecclesie vel
bladum fuit cōbustum vel cōbusta ⁊ non fuerint malefacto
res capti: nunquid tenetur emēdare damnū. ¶ Respon. sic
videt̄ per verba statuti. ff. ad municip. l. constitutionibus. de
lega. iij. l. non aliter. nam statutum loquitur generaliter ⁊c.
nec distinguit inter res ecclesie nec aliorum: ergo nec nos. ff.
de publi. l. de pretio. ¶ Item qꝛ res ecclesie sunt fauorabilio
res ⁊c. C. de sac. san. eccle. l. iubemus. ⁊ l. fi. ergo ⁊c. ff. de libe.
⁊ posthu. l. cum quidā. cum si. ¶ Econtra ꝙ non qꝛ statutū
non potuit imponere legem non subditis ⁊ rebus nō subdi-
torum: vt. l. cunctos populos. C. de summa tri. ⁊ fide catho.
¶ Itē cum ecclesia non stet ad emendationē damni dati in
rebus aliarum personarū dicte ville: ideo nō debet ei emen-
dari: qꝛ ꝙ quisqꝫ iuris in alterum statuit ⁊c. C. de solu. l. pe.
¶ Item qꝛ vbi debet esse emolumentū debet esse ⁊ onus ⁊c.
ff. de regu. iur. l. secundū naturam. facit. ff. de adult. l. si postu
lauerit. §. iubet lex. C. de vsur. l. ea. ⁊ l. lex. ⁊ hoc approbatur.
76 ¶ † Sed quid ordinatū est ꝙ si aliqua domus fuerit clam
combusta ꝙ vicini emendent damnum: pone ꝙ in vna do-
mo fuit clam ⁊ occulte positus ignis: sed postea propter im-
petum ⁊ vim ventorum alie domus sunt combuste queritur
nunquid vicini teneant̄ ad damnum istarum domorū com-
bustarum propter vim ventorum. ¶ Respon. dicunt quidā
ꝙ sic per. l. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ij. de incen. rui. nau.
l. ij. §. is qui. Et ita de facto fuit iudicatū Bononie. ¶ Alij
cōtra: qꝛ de casu nemo tenetur: nisi expresse dicat̄, vel nisi cul
pa p̄cedat casum. ff. loca. l. si merces. §. vis maior. ⁊ §. culpe.
⁊ incendiū est casus fortuitus. insti. quib. mo. re cōtrahi. obl.
§. fi. ¶ Item damnū ꝙ propter violentiā accidit nō est mihi
imputan̄. extra de homici. c. de certo. c. significasti. ⁊ c. fi. ⁊ c.
77 cū dilectus. cū simi. ¶ Et hec opi. videt̄ benignior. ¶ † Sed
quid pronunciatū est ꝙ omnes consiliarij veniant ad consi-
lium quando pulsabit campana sub tali pena: quidā venit
quasi in fine cōsilij nunquid debet condēnari. ¶ Respon. ⁊
videt̄ ꝙ non: postq̄ venit anteq̄ consiliarij recederent ⁊ fini-
tum esset consiliū: argu. ff. de leg. j. l. si seruus. §. fin. ⁊ l. plane.
§. fi. ff. si quis cau. l. ⁊ si ratio. qꝛ dictio ad, denotat perfectio-
nem tēporis: vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. in annos. vnde quan
do venit ante finitum consiliū videt̄ sufficere. ¶ Item qꝛ ve-
nit adhuc rectore sedente pro tribunali ꝙ sufficit: vt. ff. de in
integ. resti. l. diuus. pro hoc facit. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei vend.
l. illud commo. l. iij. in fi. ff. de his quib. vt indig. l. pe. ¶ Econ
tra ꝙ non: qꝛ nō venit in prin. ꝙ est pars potētior. ff. de orig.
iur. l. j. ¶ Item qꝛ qui in vno delinquit in omnibꝰ delinque-
re videt̄: vt extra de here. c. ij. in fin. ¶ Item qꝛ nihil videtur
actū cum quid superest ad agendū. C. ad silla. l. fi. C. de distr.
pigno. l. q̄diu. sed prima opi. videtur verior de rigore iuris.
78 ¶ † Sed quid ordinatū est ꝙ nulla persona ducat bladum
vel vinū vel alias res extra districtū sub pena. x. lib. ⁊ amis-
sionis rerum ⁊ bestie vel nauis vel plaustri cum quibus du-
citur vel portatur. ¶ Quidā inuentus est facere vel ire con-
tra dictū ordinamentū: vnde condēnatus fuit in amissione
rerum dictarū bestie vel nauis vel plaustri: ⁊ in lib. x. s̄m for
mam ordinamenti: querit̄ nunquid valet talis cōdemnatio
q̄tum ad res. ¶ Respondeo nō videtur: qꝛ res caret dolo ⁊
culpa: ⁊ est quid inanimatū, vnde delinquere nō potest: vn-
de non potuit condēnari: vt in auf. de mand. prin. §. oportet.
colla. iij. in auf. vt nulli iudi. §. fi. ¶ Item bestia caret sensu:
vnde non delinquit: si nō delinquit non potest condemnari.
ff. si quad. paupe. fecis. dica. l. j. §. j. ¶ Sed dic talem conde-
mnationem valere per. l. fin. ff. de oper. no. nunc. vbi de hoc.
⁊ l. si aliter. ibi quoniam magis ⁊c. ⁊ ita de cōsuetudine quo
79 tidie obseruat̄. ¶ † Sed quid accusaui. M. de insultu ⁊ per
cussione in me facta cū gladio: deinde probaui tantū ꝙ ma-
nu vacua ⁊ non cū gladio: querit̄ nunquid debet puniri sal-
tem de eo ꝙ probatū est. Respondeo quidam dicunt ꝙ nō
qꝛ non est facta probatio scd̄m formam accuse vt opus est. ff.
vi bo. rap. l. pretor edixit. in prin. ⁊ §. j. ⁊ §. hec autē actio. ibi
docere ⁊c. ff. ad. l. iul. de adul. l. denunciasse. §. super hoc. Et
vide Bar. qui pulchre posuit ꝙ vi aut clam. l. aut. §. si quis.
vnde non potest sequi condēnatio: cum ipsa debeat formari
scd̄m formam accuse, ꝙ esse non potest. extra de accu. c. qua
liter ⁊ quando. ¶ Sed debet sequi absolutio ab obseruatio
ne iudicij ratione inepte probationis ⁊ de nouo poterit ac-
cusari ⁊ inquiri ⁊ puniri. ff. de accusa. l. libellorū. ⁊ extra de
collu. c. j. ⁊ fi. cum simi. Alij dicunt ꝙ potest condēnari de eo
ꝙ probatum est ad hoc ne maleficium sit impunitum. ff. ad
leg. aquil. ita vulneratus. ⁊ ff. de fideiusso. l. si a reo. facit. C. si
80 aduersus rem iudica. l. j. cum ibi not. ¶ † Sed quid ordina-
tum est ꝙ nullus ducat bladum vel vinum extra districtum
sub pena. x. lib. ⁊ amissionis bladi ⁊ vini. ¶ Quidam porta-
uit farinam vel acetum extra districtum cōtra ordinē: que-
ritur nunquid possit ⁊ debeat puniri. ¶ Respon. ꝙ farina
non est bladum: nec acetū est vinum, quia mutata est forma
⁊ natura nec potest ad pristinum statum redire: vt arg. ff. ad
exhiben. l. iulianus. §. sed et si quis. de lega. iij. l. quesitum. §.
illud. ⁊ l. lana. ⁊ statutū debet seruari ꝑut iacet nec ab eius
forma debet recedi. ff. ad municipa. l. constitutionibus. ⁊ de
81 lega. iij. l. non aliter. ¶ † Sed quid ordinatum est ꝙ quicūqꝫ
emeret rem aliquam publice in platea q̄ iuste emerit non te
neatur ad restitutionem rei nisi precio sibi reddito. Et pone
re nec in accusatio.procedere tũc punitur in.v.lib.auri:vt.s. dictum est:z etiam vltra quia qui incidit in turp.condemnatur in sumptibus litis:vt.ff.de pen.l.absentem.C.qui accus. non pos.l.qui crimẽ.z.l.si ea.vbi de hoc. ¶ Si vero patitur labi biennium intra quod debet causa criminalis finiri tũc punitur in quarta parte bonorum z fit infamis:vt.C.vt intra cer.tempus cri.questio termi.l.j.cũ simi. ¶ Si vero esset questio de statu alicuius persone tunc ille qui colludit amittit ius qd habet in persona illius:z applicatur illi qui collu-
5 sionem detexit.C.eo.l.fi.ff.eo.l.j. ¶ †In causa vero ciuili licitum est desistere a causa quandocunq sine licentia iudicis z liti renunciare.C.de pact.l.postq.nisi sit causa famosa intentata:nam tunc non potest transigi nec desistere sine consensu iudicis.ff.de his qui not.infa.l.furti.§.potestas. ¶ Et si in ciuilibus alio modo fiat collusio punitur pro motu iudicis qui delusit forte secundum legẽ.C.de modo multa.l.fi.
6 ¶ †In spiritualibus vero per gratiam licet a lite discedere: vt extra de simo.c.nemo.sed non per trãsac.vt extra de trãsactio.c.super eo.z.c.preterea.imo z si quis in causa criminali siue spirituali desistit aliter quã debeat:debet iudex ex suo officio inquirere contra desistentem:vt extra eo.c.j.z.ij.z.C. de abolit.l.j.z.ij.z punire debita pena: vt supra dictum est.
7 ¶ †Si vero iusta causa velit quis ab accusa desistere vel discedere:debet iudex abolitionem concedere:vt.C.de abol.l.
8 j.ij.z.iij.§.abolitio.z tunc desistens non punitur. ¶ †Sed si iudex colludat cum inquisito z ipsum per gratiam vel pecuniam absoluat talis absolutio nõ valet nec preiudicat quominus iterum inquiratur z puniatur:vt extra eod.c.j.z.ij.z c.iterum.ff.eo.l.cum iusto.z.l.collusione.z.l.sentẽtiam.z po-
9 test etiam iterum accusari:vt.ff.de preuari.l.iij. ¶ †Si vero colludit super beneficio colludens punitur super beneficio:
10 vt extra eo.c.audiuimus. ¶ †Sed si maritus accusat vxorẽ de adulterio potest quandocũq vult discedere:quia potest vxorem sibi reconciliare intra biennium:vt.C.de adul.auf.
11 sed hodie.extra de conuer.coniu.c.gaudemus. ¶ †In summa vero notan.est qd non solum principales persone colludunt z puniuntur,vt supra dictũ est:sed etiã aduocati.Et si in causa principali fuerit per aduocatum collusum punitur pena extraordi.vt.ff.de pen.l.j.§.verum.z.l.ij.§. quod si.z.l.
12 pe.z.ij.q.iiij.§.notañ.z no.s.tit.proxi. ¶ †Colludunt etiam procuratores qui dolose patiuntur se superari in causa qui tenent de dolo ad omne interesse si sunt soluendo alias agit cõtra illos qui colluserũt cũ eis.ff.de do.l.elegãter.§.si dolo.
13 ¶ †Sed quid M.accusauit aliquem de aliquo delicto publico vel priuato iste Marti.non videtur prosequi accusam suam vel non producit probatio.suas.Respon.quod iudex debet assignare ei terminum ad producen.suas pbationes z si non fecerit videtur tacite desistere:z renũciare iuri suo: vt.C.qui accu.non pos.l.si ea que.z insuper incidit in turpillianum z punitur:vt supra dictum est.z.s.titu.proxi.no.Et poterit tunc iudex z debet contra talem accusatum per inquisitio.procedere z punire si culpabilẽ inuenerit:vt extra de collu.c.j.z.ij.in fi.z.C.de abol.l.j.z.ij.§.finautem. ¶ Not. tamen qd ille qui destitit non potest amplius accusare:vt.ff. eo.l.qui destitit.de preuari.l.accusator.cum simi. ¶ Sunt et alij qui prohibentur accusare aliquos: vt not.s.de his qui
14 accus.non pos.per totum. ¶ †Si autem fuerit quis ab vna parte accusatus de vno crimine nõ poterit ab alio super eodem crimine accusari nisi doceat de collu.z preuaricatione primi accusa.z se ignorare primã accusam fuisse ab alio institutam quod ignorare quilibet presumitur.C.qui milit.non pos.l.super his.z de hoc no.C.de accu.l.qui de crimine.z ex-
15 tra de accu.c.de his. ¶ †Et probata[c] collu.z preuarica.debet iudex interloquendo pronunciare collusum fuisse in dicta accusa z poterit postea accusare.ff.de preua.l.ij.in prin. no.de accusa.l.hi tamẽ.§.si.z.l.si cui.§.de criminibus.no.cũ simi.facit.ff.de iud.l.de qua re. ¶ Nã si accusatus opponat exceptio.rei iudicate vel solutionis iam facte oportet quod iudex pronunciet super ista emergenti prius:vt.d.l.iij.z.d.l. de qua re.z extra de ordi.cog.c.j.z ibi no.al's nõ posset secũdus accusator accusare nec procedere,vt dictũ est.Et dicet sic per iudicem.Nos iudex cognitor questionis vertẽtis inter talem accusatorem ex vna parte,z talem accusatũ ex altera:visis talibus excep.opposi.per talem accusatorẽ quorũ tenor talis est zc. ¶ Quia cognouimus in prima accusa siue processu facto super illa collusum fuisse in dicta accusa,z processum per talem modum. ¶ Et not.q debet specificari qualitas collusionis.Et auditis allegationibus partium. ¶ Et super omnibus habita deliberatione diligenti.interloquendo pronunciamus procedendũ esse z procedi debere super

super dicta accusa de nouo porrecta per dictum accusatorē cōtra dictum accusatum per quem proposite excep. obstare non possunt quin procedi debeat super noua accusa ꝛc. vel pronūciabitur prout qualitas negotij requirit prout iudex viderit ꝛ cognouerit expedire.

¶ De abolitionibus. Rubrica.

1 ☞ Abolitio quid sit.
2 Abolitio quot modis fiat.
3 Abolitio facta a principe quid operetur, ꝛ si fiat ad petitionem partis quomodo fiet, ꝛ quid erit cognoscendum.
4 Accusatione per errorem facta quādo abolitio cōceditur, ꝛ quando non.
5 Abolitio intra quantum tempus peti debet.
6 Abolitio regulariter conceditur quando petit̄ propter mortem fallit in casibus hic positis.
7 Accusans calumniose: si pecunia conuictus velit abolitionem fieri non auditur etiam parte consentiente: fallit in casibus hic positis.
8 Abolitione generali vel speciali tollitur pena ꝛ crimē extinguitur non autem tollitur infamia.

Videamus q̄d sit abo
1 litio. Et quidē potest dici sic. † Abolitio est accuse peremptio siue exclusio: vt nomen sit cōsequēs rei. Sicut dicitur exceptio act. ex
2 clusio. ff. de excep. l. ij. in prin. ¶ † Et not. qđ abolitio fit tribus modis. Uno modo a principe ex suo motu ob rem prospere gestam vel ob gaudium vel ob similem causam: vt. ff. ad turpil. l. si quis. §. fina. ꝛ. l. seq. ¶ Secundo modo ad instātiam ꝛ postulationem accusatoris coram iudice ordinario qui de causa cognoscebat. ¶ Tertio modo per mortem accusatoris vel accusati, cum extinctū fuerit crimen regulariter morte superueniente: vt. ff. eo. l. aut priuatū. vel propter iustum impedimentum superueniens accusatori: vt. d. l. autem. ꝛ. l. senatus. §. reos. C. si accus. mor. fue. l. ij. ꝛ
3 l. defunctis. ¶ † Et not. quod si fit abolitio a principe nullo postulante quod talis abolitio extinguit omnes accusatio
a nes[a] quo ad omnes preterq̄ ad actorem: quia ipse non minus poterit vsq₃ ad. xxx. dies repetere accusam: vt. C. eo. l. si. cōputandos a die quo ferie generalis abolitionis sunt finite. Et debet accusare eo modo quo prius fecerat: vt. C. de genera. aboli. l. ij. ff. ad turpil. l. aut. §. in iudicio. ¶ Si vero fiat ad petitio. accusatoris coram iudice: tunc debet fieri vtraq₃ parte presente, scilicet accusatore ꝛ accusato ꝛ causa cognita. Et vertitur in cause cognitiōe hoc modo, vt si accusator calūniose hoc modo fecit accusam abolitio non cōcedatur: vt. C. eo. l. fin. in prin. de calum. l. fallacia. imo puniatur de ca
4 lum. vt. s̄. not. de calum. ¶ † Si vero per errorem accusauerit si quidem accusatus sustinuit iniuriam vel carceris vel verborum vel tormenti non est concedenda abolitio si vero non sustinuerit iniuriam, vt dictum est: ꝛ tunc conceditur: alias nō etiam vtraq₃ parte volente. ¶ † Et debet peti abo
5 litio intra. xxx. dies computandos a die institute accusationis, alias non auditur: vt. C. eo. l. fin. ꝛ. ff. eo. l. j. §. abolitio. ꝛ. l.
6 aut. §. in iudicio. ¶ † Si vero propter mortem petitur abolitio debet cōcedi regulariter, quia morte extinguitur crimē: vt. C. si reus vel accu. mor. fue. l. ij. cum simi. ff. e. l. in senatus. §. si propter mortē. ¶ Fallit in casibus in quibus nullo modo conceditur: vt in crimine lese maiesta. patrie oppugnate vel prodite vel crimine falsi: vt. C. eo. l. si falsis. ff. ad turpil. l. fallaciter. ¶ Item in crimine peculatus repetundarū ꝛ de residuis, ꝛ in crimine apostasie, ꝛ heresis, ꝛ simili: vt. C. si re⁹
7 vel accu. mor. fue. l. j. ꝛ ibi not. ¶ † Item quod si quis calumniosam fecerit accusam ꝛ ipse pecunia conuictus velit abolitionem fieri, non est audiendus etiā consentiente parte aduersa: sed procedi debet in accusa ita vt nocēs puniatur: vt C. eo. l. ij. fallit etiam si accusauit prosequendo suam iniuriā vel accusauerit consanguineos vel similes: nam tunc conce
8 ditur abolitio: vt. d. l. ij. §. fi. ¶ † Item no. quod per abolitionem generalem vel specialem tollitur pena ꝛ etiam crimen extinguitur, sed non tollitur infamia. C. de gene. aboli. l. fin. cum simi. ꝛ de hoc not. Azo. in summa huius titu.

¶ De treuga. Rubrica.

1 ☞ Treuga quid sit.
2 Pax quid sit.
3 Treuga duplex est, scilicet conuentionalis ꝛ canonica, conuentionalis quid sit.
4 Treugam supradictā qui frangit qua pena puniat̄, ꝛ sit infamis ꝛ quando sit seruanda inter personas priuatas.
5 Treugam qui fecit aliquē percutiēdo quomodo puniatur.
6 Treugam qui fecit si homicidium cōmittat capite punitur.
7 Treugam qui fecit si aliter quam supra delinquat quomodo puniatur.
8 Treuga canonica que sit, ꝛ que sit pena contrafacientium: ꝛ qui debet iurare vt seruetur aliter puniuntur.

1 Treuga † est securitas siue fiducia prestita reb⁹ ꝛ personis inimicorū ad certū tempus discordia nōdum
2 finita. ¶ † Pax autem est finis discordie.
3 ¶ † Et not. qđ duplex est regula, scilicet ex pacto inito inter inimicos ꝛ illa appellatur conuentionalis quia ex pacto ꝛ conuentione sumit formā sicut ꝛ cōtractus: vt. ff. de pac. l. conuentione. ꝛ deposi. l. j. §. si conuenerit. de regu. iur. l. contractus. ¶ Et ista talis treuga est seruanda hostibus: nam etiam fides hostibus est seruanda: vt. xxiij. q. j. ꝛ xxij. q. iiij. innocens. ꝛ hoc verum si hostes tibi seruāt: alias a
b non[b] est eis seruanda. extra de iureiur. c. peruenit. ¶ Iuxta illud frangenti fidem fides frangatur eidem: vt. C. eo. l. cum proponas. C. de transactio. ꝛ. l. si diuersa. ꝛ. ff. loca. l. quero. §.
4 inter locatorem. ¶ † Et qui talem treugam frangit ꝛ maxime peregrinis, mercatoribus, rusticis dum culture agrorū insisterent, ꝛ auferrent animalia ꝛ instrumenta agrorum cū quibus cultura fit illud quod abstulit in quadruplum restituat, insuper fit infamis ꝛ personaliter punitur qui talia cōmittit: vt. ff. de re mili. l. fi. ꝛ hoc intelligo de treuga facta inter ciuitatem ꝛ alia loca: si autem inter priuatas personas dico quod est seruanda dummodo eis seruata sit, vt supra
5 probatum est per iura premissa. ¶ † Et si quis fecit treugā,
c percutiendo aliquem ex illis cum quibus[c] facta erat treuga quod puniatur in manus amissione: vt in aut. de man. princip. colla. iij. §. coges. ita vt in ipso puniatur cū quo deliquit: vt. C. commu. de succes. aut. omnes peregrini. ꝛ in vsi. feu. de pace tenen. c. j. §. si quis. vel potest dici quod cum dicta iura loquantur de pace rupta, ꝛ non treuga: quod pena extraordinaria puniatur inspecta atrocitate delicti: vt. ff. de iurisd. om. iudi. l. pretor. §. fi. ꝛ. l. vlti. ꝛ de extraordi. cri. l. j. de effract. l. j. ꝛ secundum diuersitatem facti ꝛ delicti: vt patet per titu
6 los speciales in hoc opusculo. ¶ † Si vero per homicidium commiserit capite punitur: vt. ff. de parrici. l. pe. §. qui alias
7 personas. ꝛ not. pulchre. s̄. de homici. ¶ † Si vero aliter delinquit secūdum qualitatem delicti pena debita ꝛ ordinata punitur: vt patet in hac summula per titulos speciales com
8 petētes. ¶ † Est ꝛ alia treuga canonica: siue a iure inducta: que certo tempore est seruanda: ꝛ maxime personis ecclesiasticis ꝛ peregrinis, mercatoribus ꝛ personis rusticanis, maxime dum agriculture insudant: vt extra eod. c. j. ꝛ. ij. Et qui contra facit excommunicatur. ¶ Et episcopi debent prouidere: vt talis treuga seruetur: ꝛ debet vnus episcopus alteri dare auxilium ꝛ fauorem: alias dignitate priuantur ꝛc. ꝛ dic vt plene not. extra eo. titu. c. j. b

¶ De pace. Rubrica.

1 ☞ Pax quid sit.
2 Procuratores pacem facientes debent habere speciale mādatum.
3 Pax potest fieri super quolibet maleficio pro quo ingeritur pena sanguinis: fallit in crimine adulterij.
4 Occiso aliquo si heredes illius aut filij fecerint pacem ꝛ remissionē de homicidio iniuria ꝛc. an potestas poterit procedere, ꝛ quid si statutum esset quod posset fieri pax.
5 Uulnerato Titio, Titius fecit pacem vulneranti de omni iniuria ꝛ offensa an alius possit vulnerantem accusare.
6 Uulnerato Titio si Titius fecit pacem vulneranti de vulneribus sibi illatis ꝛ de omni iniuria ꝛ offensa posito quod pax fieri possit ꝛ teneat si postea Titius moriatur: an heredes Titij possint de homicidio accusare non obstante pace vel an videatur facta pax de morte: ꝛ que verba sint ponenda in contractu pacis. c
7 Offensus an cōpelli possit ad faciēdū pacē cum offendente.
8 Satisdare de non offendendo an aliquis compelli possit.
9 Iniuriam fecisti Titio, qui postea bibit et comedit tecum: et sic videtur renunciasse iniuriam an Titius possit postea te accusare.
10 Uulnerato Titio mortifere, si inculpetur de hoc Mar. Ti. Bonifa. de malefic.

a ¶ Accusatiōes. Adde tu qđ ista generalis abolitio nō extēditur ad crimina iam liquidata. l. fi. C. de abo. Nec etiā extēditur ad crimē falsi licet non sit liquidatu₃: vt est text. in. l. luci⁹. ff. ad turpil. ꝛ ibi Bar. ꝛ Ang. nec etiā ad iam carceratos. l. domitius. ꝛ ibi Bart. ff. ad turpi. q̄ intellige vt ꝑ Bar. ꝛ Ang. in. d. l. lucius. ꝛ per Ang. in. l. falsorū. §. fin. ff. de accusat. nec etia₃ porrigit̄ ad accusationes nōdum inchoatas. l. j. ꝛ. ij. C. de genera. aboli.

b ¶ Als non. An si vn⁹ fregit treugam alius possit frangere Io. an. ꝛ Ant. de but. in c. iij. de iniur. qđ non: ꝛ Io. an. in addi. Spec. in rubri. de treu. ꝛ pa. Ange. Paul. de ca. Raph. ꝛ doc. in. l. si ex legati. ꝛ in. l. qui seruū. ff. de verb. oblig. et vide Alexā. in. l. cum ꝓponas. C. de pact. ꝛ ibi addita, ꝛ vltra predicta vide late ꝑ Feli. in. c. j. col. ij. de treu. ꝛ pace.

c ¶ Cum quibus. sed quid si rapta est filia vni⁹ partis ab alio ex alia parte: an per hoc dicat̄ treuga rupta: dic qđ nō: vt plene per Alex. in consi. cxiij. per totū. in. ij. volu.

tius vero dicat quod Mar. nō vulnerauit eum sed alius: an
iudex potest contra Martinum procedere.

11 Potestas an possit ponere guerrātes ad confines ⁊ accipe-
re fideiussores.

12 Accusatione vel inquisitione facta: duo fecerunt pacem de
maleficio quod fuit inter eos: an per talem pacem videātur
confessi crimen, vt iudex possit eos condemnare sine aliqua
probatione ⁊ quibus verbis ad cautelam sit vtendū in con-
tractu pacis.

13 Pupillus an possit pacem facere de morte patris vel offen-
sa patri facta cum autoritate sui tutoris.

14 Pacem ⁊ remissionem aliquis fecit Titio in presentia iudi-
cis quodā presbytero presente ⁊ recipiente pro offendēte ⁊c.
an talis pax valeat.

15 Statuto dicēte quod si quis habuerit pacem ab offenso vel
herede eius non possit personaliter de homicidio damnari,
Titius fuit occisus pluribus heredibus relictis: nūquid est
opus quod habeat pacem ab omnibus.

16 Statuto dicente qđ pace non obstante, homicida condem-
netur de homicidio si Mar. fuerit interfectus mādato Ti-
tij qui postea habuit pacem an pax proderit Titio.

17 Pacem ⁊ remissionem duo fecerunt ⁊ promiserūt eam ob-
seruare si postea vnus frangit pacem alterum offendendo
qualiter punitur.

18 Guerra existente inter duas ciuitates venerunt ad concor-
diam quā promiserūt perpetuo obseruare sub certa pena si
postea vna terra vnius ex istis ciuitatibus supponat se alte
ri ciuitati propter qđ ciuitas priuata tali terra commisit ho
micidia contra aliam ciuitatem an incidat in penam.

19 Ordinatum est per. l. mātue qđ homicida puniatur in. x. lib.
Titius fuit cōdemnatus in dicta pena pro homicidio com-
misso postea habuit pacē a filio occisi vel illo cuius intererat
an commune possit exigere illam penam ab homicida.

20 Tutor nomine pupilli vel infantis ⁊ curator nomine adul-
ti pacem facere possit ita vt valeat.

21 Pace a pluribus facta de omnibus iniurijs ⁊ offensis hin-
cinde illatis promissum fuit illam obseruare sub certa pena
si vnus facit contra pacem ⁊ alius ex alia parte illum percu
tiat an possit accusari ⁊ puniri de pace rupta vel aliter.

22 Statuto dicente q̄ habens pacem cum inimico dimittatur
ei pena vel condemnatio vel de banno eximatur si vniuersi
tas fuit propter delictum condemnata ⁊ velit facere pacem
quomodo faciet: ⁊ quomodo congregabitur.



Ideamus †primo quid sit pax.
Et quidem pax dici-
tur finis discordie, sed treuga est securitas
data rebus et personis ad certum tempus
discordia nondum finita. ¶ †Et not. quod
si pax fieret per procuratores debēt habere
speciale mādatum: quia generale nō sufficit. extra de treu. ⁊
pa. c. j. de trāsac. c. cōtingit. de arbi. c. per tuas. ff. de procur. l.
mandato. cum simi. ¶ †Item not. qđ super quolibet male-
ficio qđ quidem ingerit penam sanguinis: licet transigere ⁊
pacisci ⁊ pacem facere: et hoc est regulariter verum ex parte
delinquentis ⁊ sine aliqua pena: vt. C. de trāsact. l. trāsigere.
ratio est: quia licet vnicuiq; se ⁊ sanguinē suum redimere. ff.
de bo. eo. q mor. sibi consci. l. j. ¶ Fallit hoc in crimine[a] adul
terij, vbi transactio non admittit propter frequentiā delicti
⁊ eius atrocitatē: vt not. in. d. l. trāsigere. ¶ Et est ratio quia
paciscendo videt de crimine cōfiteri, ⁊ pro cōfesso habetur.
ff. de preua. l. in omnibus. ⁊ de ista materia no. Azo in sum.
4 de trāsac. ¶ †Sed pone qđ quidam fuit occisus, eius here-
des aut filij fecerunt pacem ⁊ remissionē istius homicidij de
homicidio ⁊ de iniuria omni ⁊ percussione ⁊ offensa illatis
⁊ factis per ipsum homicidam in personam occisi dicto vel
facto. ¶ Sed potestas nō minus procedit contra istū homi
cidam: non obstante tali pace, ⁊ vult istum homicidā de ho-
micidio punire ⁊ condemnare. ¶ Queritur quid iuris ⁊ vi
detur qđ possit: quia per tale maleficiū cōmissum acquisitū
est ius ciuitati, vbi perpetratum est maleficiū: ita qđ postea
per pacem ⁊ pactum priuatorū nō potuit tolli: vt. ff. de pact.
l. ius publicū. ⁊ l. iure gētium. §. si paciscitur. Item quia rei-
publice interest ne maleficia sint impunita: vt. ff. ad. l. aquil.
l. ita vulneratus. in fi. ⁊ facit. ff. ad legem iul. de vi publ. l. qui
cetus. ⁊. ff. de publ. l. licitatio. §. quod illicite. ⁊ extra de collu.
c. j. ⁊ in hoc concordant communiter docto. Et ita seruatur
nisi statutum esset precise in contrariū quod posset pax fieri.
¶ Et pace facta non debet potestas se intromittere de tali
crimine: nam statutum illud est seruandum. ff. ad municip.
l. constitutionibus. de leg. iij. l. non aliter. ⁊ not. ad sillania. l.
diuus. Sed dominus Guid. de suza. dicit quod pax valet ⁊
est seruanda: et potestas nequit se intromittere: quia nemo
sine accusatore punitur. ff. de muneri. ⁊ hono. l. rescripto. §. si
quis accusatorem non habens. ¶ Item quia pacis lenitas
est seruāda: vt. C. de asser. tol. l. j. circa prin. ¶ Item quia lex
iubet fieri pacem ⁊ obseruari: vt in vsi. feu. de pace te. ¶ Itē
pretor nō debet curare si partes volunt componere ⁊c. ff. de
oper. no. nuncia. l. j. §. inde queritur. ff. de vsufruct. l. equissi-
mum. ⁊ pro eo facit. xx. dist. per totum. ⁊. c. discordātes. ⁊. c.
5 discedentes. cum simi. ¶ †Sed quid aliquis fecit pacem cū
eo qui eum vulnerauit, ⁊ remissionem sibi fecit de omni in-
iuria ⁊ offensa. Modo venit alius ⁊ vult istum accusare nū-
quid potest. Respon. dicit Guil. quod non potest: quia per
talem pacē preclusa est via omnibus alijs accusandi per le-
gem. ff. de iureiurā. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de sepul.
vio. l. sepulchrum. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. Sed alij docto.
contra per. l. ff. de vi pub. l. qui cetu. §. fin. de adult. l. si mari-
tus. §. si negauerit. de pac. l. iuris gentiū. §. si paciscar. vbi de
6 hoc not. cum simi. ⁊ hoc verius videtur. ¶ †Sed posito qđ
pax valeat ⁊ fieri possit, quero quid si Titi⁹ vulnerauit M.
⁊ facit pacem de vulneribus sibi illatis ⁊ de omni iniuria ⁊
offensa si postea ipse moriatur, an heredes possint de homi-
cidio accusare non obstante pace: vel an videatur facta pax
etiam de morte postea subsecuta. Et videtur quod accusare
possint nec videatur facta pax de morte secuta: quia nō fuit
actū de morte ⁊c. ⁊ non videtur pacto perimi id de quo non
fuit cogitatum. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. ¶ Item
quia non potuit paciscēs remittere iniuriam factam reipu-
blice. ff. de pact. l. ius publicum. ⁊. l. iuris gentium. §. si paci-
scar. de publica. l. licitatio. §. quod illicite. ⁊ videtur casus. ff.
ad leg. aquil. l. si actum sit. ⁊. l. si vulnerato seruo. ⁊. l. ita vul-
neratus. §. j. cū simi. ¶ Econtra videtur quod accusari non
possit: quia pacis lenitas est seruanda. C. de cadu. tollen. l. j.
¶ Item quia non debet curare pretor si litigantes ad con-
cordiam veniant ⁊c. ff. de oper. no. nuncia. l. j. §. inde queri-
tur. ¶ Item quia si pax facta est de vulnere ⁊ de morte que
subsequitur intelligitur esse facta: vt. ff. de fideiusso. l. si quis
pro reo. §. j. ff. quo. lega. l. fin. ⁊ ad legem aquil. l. huic scriptu-
re. ff. de dam. infec. l. damni. §. sabini. cum simili. ¶ Solu. di-
cunt omnes docto. primam opinio. esse veram per iura pri-
mo allega. vnde potest accusari de homicidio pace non ob-
stante, vnde quando fiat pax debet notarius dicere. ¶ Fe-
cerunt pacem ⁊ remissionem de omnibus vulneribus ⁊ of-
fensis ⁊ iniurijs factis ⁊ illatis: ⁊ de morte si subsequeret ⁊c.
⁊ inde ⁊c. ¶ Nam tunc de morte intelligitur esse facta ⁊ sic
non possunt accusari de homicidio si postea subsequeret ⁊c.
dummodo possit de tali: ⁊ tanto maleficio per statutum fie-
ri pax, alias secus: vt nota. s. Sed pone quod quidam ⁊c.
7 ¶ †Sed nunquid offensus[b] possit compelli a iudice ad fa-
ciendum pacem cum offendente. ¶ Respond. sic videtur:
quia iudex habet procurare quod ciuitas quam regit sit in
pace. ff. de officio presid. l. congruit. ¶ Item debet facere: vt
ad arma, ⁊ rixas homines non veniant: vt. ff. de vsufruct. l.
equissimum. vbi de hoc nota. ⁊ facit in argumen. de serui. l.
harum. ⁊. l. egi. C. de cadu. tollen. l. j. in vsibus feudorum. de
pace iuramen. firman. c. j. cum similib. ¶ Et maxime si pro-
pter hoc magnus tumultus, ⁊ magnum periculū possit in-
de contingere: alias secus: vt dicunt quidam docto. Sed vi
detur contra quod ad pacem non possit precise compelli: vt
xc. distinct. c. discordantes. ⁊. c. placuit. ⁊. c. studendo. quod
verius videtur non tamē per hoc remittitur pena, vt supra
nota. ⁊. ff. de pact. l. iure gentium. §. si paciscar. ⁊ facit in au-
then. de manda. princip. §. oportet. vbi de hoc not. colla. iij.
8 ¶ †Sed nunquid potest quis compelli satisdare de non of-
fendendo[c]. ¶ Respond. dicunt quidam docto. quod non:
quia graue est adinuenire fideiussores, ⁊ non debet quis su-
peruacua satisdatione onerari: vt. ff. de procurato. l. non co-
gendum. §. finali. ff. si quis cautio. l. j. de iudi. l. ij. §. si dubite-
tur. ¶ Item ex suo delicto est quis puniendus ⁊ non debet
ex maleficio premium consequi: vt. ff. de interdic. ⁊ relega. l.
relegatorum. in fine. ff. de nego. gestis. l. si hereditaria. C. de
hereti. l. sed si. Sed si alium non offenderit: tunc ne ab alio
offendatur debet ille compelli satisdare de non offenden-
do: vt notat. in titul. de accusationibus. ¶ Sed alij dicunt
quod si offendens est damnandus de offensa, et soluit con-
demnationem, quod cum sit punitus non debet amplius
puniri, et tunc possit offensus compelli ad satisdationem
prestandam de non offendendo: vt. C. de his qui ad eccle-
siam confugiunt. l. denunciamus. argumentum. C. commu
ni diuidundo. l. cum vsufructu. ¶ Item quia pretor habet
curare

a ¶ In crimine adulterij. adde tu qđ licet super tali crimine nō possit transigi fiet tamē pax: ita Barto. in consilio suo clxxv. incipit domino ptāti Rocher ⁊ dicit Alb. ⁊ Franci. tigr. in d. l. transigere. et ibi Alex. ⁊ Moder. ⁊ adde qđ in adulterio p̄sumpto poterit fieri trāsactio: vt per nouis. Papiēses in. d. l. trāsigere. col. ij.

b ¶ Sed nunquid offēsus. vide plene Fed. per te, in rubri. de treug. ⁊ pa. in. j. ⁊. ij. colū. vbi ponit regulā negatiuam cum septem fallētijs.

c ¶ De non offendēdo. vide Fely. in. d. rub. de treuga ⁊ pac. col. iiij. in fi. ⁊ seq. vbi ponit circa hoc nouem declarationes: ⁊ tres not.

curare: vt pacata sit ciuitas ꝛc.ff.de officio presidis.l.congruit.ꝛ.ff.de vsufruct.l.equissimum.cum similibus.quod verius videtur.
9 ¶ †Sed quid fecisti mihi iniuriam si postea bibi ꝛ comedi tecum.ꝛ sic tacite videor remittere iniuriam si post hoc volo te accusare, nunquid sum audiendus. ¶ Rn̄. vt no.institu.de iniurijs.§.fi.
10 ¶ †Sed quid Titius fuit mortifere vulneratus de quo M.inculpat̄, sed vulneratus dicit quod M.ipsum non vulnerauit sed alius, nunquid potest iudex contra ipsum procedere. ¶ Respondeo non videtur quātum est per iniuriam sibi factam sed pro facto cōmunis: sic videtur.ff.de publi.l.licitatio.§.quod illicite.ff.ad silla.l.si
11 quis i graui.§.j. ¶ †Sed an potestas poterit guerrātes sibi adinuicem ponere ad confines si nolunt facere pacē. ¶ Respondeo sic videtur per.l.ff.de officio prefec.vrb.l.prima.§.fi. et arg.ff.de inter.et relega.l.relegatis.§.solent.ꝛ.§.iudicare. et.l.finali. ¶ Item poterit accipere fideiussores a qualibet parte et postea eis preceptum facere quod vnus alterum nō offendat sub certa pena: vt.ff.si quis ius dicen.non obtē.l.j. argu.ff.qui satisda.cogan.l.si fideiussor.§.fin.ff.de offic.presi.
12 l.congruit.cum simili. ¶ †Sed quid duo fecerunt post accusationem, vel inquisitionem factam pacem de maleficio quod fuit inter eos: nunquid per talem pacem videantur confessi de tali crimine, vt possit iudex eosdem offendentes condemnare sine aliqua probatione. ¶ Respon.dicūt quidam quod sic: vt.ff.de infami.l.quoniam.de iure fis.l in fisci. et.l.eius qui.et.l.imperator.et argum̄.C.de re iudica.l.ad solutionem.cum simili.vnde ad cautelam quādo fit pax offendens debet negare se deliquisse et notarius debet dicere. Tales fecerunt concordiam et pacem de quibuscunqꝫ iniurijs vulneribus et offensis que dicuntur tales inuicem fecisse et intulisse: nam tunc non videtur confiteri sed negare. ¶ Sed si dicat̄ de vulneribus ꝛ offensis illatis ꝛ factis: tunc videtur confiteri ꝛc. vnde cautela est adhibenda que nō nocet sed prodest: vt.ff.de nego.gest.l.pompo.ꝛ facit.ff.manda.
13 l.qui mutuam.cum simi. ¶ †Sed nunquid pupillus potest facere pacem de morte patris vel offensa facta patri cum autoritate sui tutoris. ¶ Respond.dicunt quidam aut certum est de offensa facta ꝛ tunc non possit: aut est dubitum et tunc possit et valeat qꝛ tutor in dubio potest transigere pro pupillo et valet transactio et ipse pupillus cum tutoris autoritate vt.C.de transactio.l.preses.ff.de iureiurādo.l.tutor.ff.de administratio.tuto.l.lucius.in fin.et facit.ff.de fur.l.qui pignore.et.l.interdum.§.cautelam.cum simili. ¶ Sed alij dicūt qꝺ si aliquid est datum pupillo pro tali pace: qꝺ tunc valeat ꝛ sit seruāda.ff.de transac.l.preses qꝛ minoribus interest litibus nō vexari nec grauari: vt.ff.de minoribus.l.minoribus.ff.de iniur.l.sed vnus.§.filio.et facit.ff.de censibus.l.j.C.de veteri iure enucle.l.prima.cum simili. ¶ Sed Uber.dicit aut pupillus est infans: et tunc non valet pax etiam cum autoritate tuto.sed si est maior infante: ꝛ tunc cum autoritate tuto. et decreto iudicis valet: vt.ff.de penis.l.j.ff.de admistratio.
14 tuto.l.j.§.j.C.de predi.mi.l.minores.cum simi. ¶ †Sed quid aliquis in presentia iudicis fecit pacem et remissionem M. presbytero quodā presente ꝛ recipiente pro offendēte et eius vice ꝛ nomine ꝛc.an talis pax valet. ¶ Respon.dicunt quidam quod sic quia sacerdos est publica psona: vt.ff.de iusti. et iur.l.ius publicum.et per publicam personam alteri acquiritur ius.C.per quas perso.no.acqui.l.j.ff.de adoptio.l. non aliter. ¶ Itē qꝛ pax est res fauorabilis vnde est ampliāda.ff.de liberis et posthu.l.cum quidam.et in hac opi. fuit Guido de suza. ¶ Sed videtur contra quod alteri stipulari, vel pacisci nemo potest: vt institu.de inutili stipu.§. alteri.ff.de verbo.obligatio.l.stipulatio ista.§.alteri de bo. auto.iudi.pos.l.cum vnus.ff.quod vi aut clam.l.prima.cum
15 similibus. ¶ †Item queritur dicitur in statutis quod si quis habuerit pacem ab offenso, vel herede eius quod non possit personaliter de homicidio condemnari. quidam fuit occisus et plures reliquit heredes nunquid est opus quod ab omnibus habeat pacem: an sufficit si ab vno habeatur. ¶ Respon.ꝛ videtur quod ab omnibus: quia quod omnes tangit ab omnibꝰ debet approbari.arg.C.de auto.prestan. l.fina.in fine.ff.de lega.secūdo.l.si pluribus heredibus.cum similibus. Dy.sed tu dic quod sufficit quod a maiori parte.
16 ¶ †Sed quid dicit statutum quod homicida non possit habere pacem, et si habuerit quod pax ei non prosit. imo non obstan.cōdemnetur de homicidio.contingit quod quidam non occidit sed mandauit fieri et fieri fecit homicidium. An pax prosit isti si habuerit. ¶ Respōdeo dicūt quidam quod sic: quia statutum dicit solum de occidente et si voluisset idē
a esse in mandante:[a] dixisset.C.de caducis tollen.l.prima.§.ne autem. Item quia statutum est stricti iuris et seruandum est prout iacet.ff.de extraordina.crimi.l.prima.§.cum ergo.de legatis tertio.l.non aliter. Item forma statuti est seruanda. ff.ad municipa.l.constitutionibus. Item illud quod non est expressum in statuto pro omisso haberi debet.ff.de verborū obligatio.l.quicquid astringende. ¶ Item cum diuersitas sit in vocabulo ergo et in effectu: vt.C.de codicil.l.si idem.et facit pro ista parte.ff.solu.matri.l.si vero.§.de viro.ff.de iniurijs.l.item apud labeonem.§.ait pretor.ff.de regulis iuris.l. expressa nocent.cū similibus. ¶ Econtra videtur quod pax non valeat quia qui mandat fieri facere videtur.ff.de solutio.l.qui mandat.de iniurijs.l.non solum.§.si mādato.nam qui per alium facit ꝛc.ff.de vi ꝛ vi arma.l.prima.§.deiecisse. de administratio.tutorum.l.ita autem.§.gessisse. Item qui mandat fieri magis delinquit quam qui facit: quia peccat in se ꝛ in alium quem peccare facit vnde grauius est puniendus.ff.de seruo corrup.l.in hoc modo ibi iustius est ꝛc.ff.qꝺ vi aut clam.l.si tibi.cum similibus.et hoc verius puto per iura nunc allegata.facit.C.de accusatio.l.non ideo minus.ff. soluto matrimonio.l.si vero.§.de viro.ff.de vi et vi arma.l. j.ibi per vim ꝛc.ff.ad silla.l.et si certus sit percussor. cum similibus. ¶ Item quia licet statutum dicat solum de occidente debemus illa verba reducere: vt idem sit in mandāte secundum iuris interpretat.vt.ff.de mu.et hono.l.vt grada-
17 tim.§.sed si lege.cum similibus. ¶ †Sed quid duo fecerunt pacem et remissionem et promiserunt pacē obseruare: vnus postea frangit pacem et vulnerat alium qualiter punitur. Respon.videtur in manus amputatio.vt in vsibus feudorum de pace te.capi.j.§.si quis alium. ¶ Si vero occidisset alium, tunc punitur.l.cornelia de sica.ad mortem sicut homicida.ff.de sica.l.j.§.penul.& parri.l.penul.§.qui alias personas.cum similibus. Uel si alio modo offenderet punitur secundum qualitatem delicti: vt patet per diuersos titulos
18 huius opusculi. †Sed pone quod guerra erat inter duas ciuitates, vel castra.tandem peruenerunt ad pacem et concordiam et promiserunt adinuicem sub certa pena pacem et concordiam perpetuo inuiolabiliter obseruare. Contingit quod aliqua certa terra de vna ciuitate, vel castro se supponit et commisit iurisdictioni alterius propter quod illa terra sub cuius iurisdictione erat supposita ante pacem indignata fuit et fecit nouitatem contra illam terram: que nouiter suscepit sub sua iurisdictione et commisit homicidia, vel incendia, vel alia delicta. Queritur nunquid videatur contra pacem fecisse: ita vt incidat in penam. Respon.omissis ambagibus, et videtur quod sic.argu.ff.de serui.rusti.predio.l. seruitus.ibi efficiatur ꝛc.ff.de testa.tu.l.si quis filiabus.cum
19 similibus. Dy. ¶ †Sed quid ordinatum est per.l.Mantue, quod homicida puniatur in decem lib. quidam fuit cōdemnatus in dicta pena pro homicidio commisso: et postea fecit pacem cum filio occisi. vel cum alio cuius intererat: cōmune vult quod ille homicida soluat dictam penam: iste dicit ꝛ allegat pacem factam. Modo queritur quid iuris, et videtur quod soluere teneatur: quia maleficia non debent esse impunita.ff.ad.l.aquil.ita vulneratus. ¶ Item quia reipublice interest ob maleficia penas solui.ff.& fideiuf.l.si a reo. ¶ Itē quia ex dicto maleficio duplex iniuria nata est, vna iniuriato et eius filijs ꝛ parentibus: alia reipublice: vt.ff.de publi.l. licitatio.§.quod illicite.ff.de iurisdi.omnium iudicum.l.si familia. ¶ Item quia pax facta per priuatam personam non preiudicat communi siue reipublice.ff.de pactis.l.ius publicum.ꝛ.l.iuris gentium.§.si paciscar.cū similibus. ¶ Econtra quod non fauore pacis.C.de transactio.l.transigere.C. de cadu.tollen.l.j.in princip. ¶ Item quia non habet querere pretor qualitercunqꝫ partes velint a controuersia discedere: vt.ff.de operis noui nuncia.l.j.§.inde queritur.cum similibus. ¶ Sed prima opinio videtur verior per iura
20 prius allegata cum similibus. ¶ †Sed an tutor[b] vel cura-
b tor nomine pupilli infantis, vel curatoris pro adulto potest facere pacem vt valeat. Respon.et videtur quod non: vt.C. de pactis.l.pactis.ff.pro empto.l.qui fundum.§.si tutor.cū similibus. ¶ Econtra quod sic: qua pro ipso iurare potest: et iuramentum deferre et transigere: vt.ff.de iureiuran.l.tutor.de in lit.iuran.l.videamus.ff.de fur.l.pignore.§.fina.et. l.interdum.§.qui tutelam. ¶ Item quia loco domini tutor est.ff.de administratio.tutorū.l.tutor.§.qui tutelam. ¶ Sodico aut certus est de maleficio commisso: et tunc non possit in preiudicium minoris: alias si videtur.arg.C.de transac.l. pactum.de admi.tuto.l.j.§.sufficit.et.l.lucius.in fi.cū simili. ¶ Sed an possit minor pacisci cum autoritate tut.vel cura.
21 dixi.§.proxime. ¶ †Sed nunquid si plures fecerunt pacem

a ¶ Mandante. Adde tu, an statutum loquēs de occidēte habeat locū in mandante per Alexā. de imol.plene in cōsi.lxv.in.iij.vol.

b ¶ An tutor.vide Bald.in.d.l.pactum hic allegata.et ibi Alex.et adde Abb. quē oino vide in cōsi. suo.xxix.in.j.vol. Ang.et Pau.de ca.in.l.tutoris.ff. eodem titulo.

adinuicem de omnibus iniurijs, vel offensis hincinde illatis: promittens adinuicem non contrauenire sub certa pena ꝛc. et contingit quod vnus fecit contra pacem, et alius postea ipsum percussit ex parte diuersa. puta. M. percussit. B. an possit de pace rupta accusari ꝛ puniri ꝛ incidat in dictam penam. Rñ. et videtur quod sic per. l. C. de vi publi. l. si quis. Item quia fecit ex interuallo: vnde ad vindictam fecisse videtur quod non licet. C. de iudi. l. nullus. ff. de vi et vi ar. l. iiij. §. cum igitur. Item quia promissio de non faciendo sepe committitur. ff. de ver. obli. l. sicut. ¶ Econtra quod non: quia ille fregit sibi pacem: vnde nõ debuit ei obseruari pax. C. de pac. l. cum proponas. C. de transac. l. siue apud. et. l. si quis maior. et hoc verius videtur. ¶ Sed tamen potestas loci poterit ipsum punire de offensa illata non autem de pace rupta: quia maleficium non debet esse impunitum. ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. et quia quãtum est ad commune delinquit: vt. l. licitatio. §. quod illicite. de publica. vnde puniendus est communiter cuius publice interest ob maleficia penas
22 solui. ff. de fideius. l. si a reo. cum simi. ¶ † Sed pone quod statuto cauetur quod si quis habuit pacem cum suo inimico quod dimittatur ei pena, vel condemnatio, vel quod debeat eximi de banno. Ponamus quod vniuersitas alicuius loci propter delictum commissum fuit codemnata: et vult facere pacem: vt pena minuatur, vel vt eximatur de banno qualiter fiet. Rñ. faciet syndicum cum speciali mandato: vt. s. di xi in prin. et ille syndic⁹ nomine et vice vniuersitatis predicte faciet pacem. et hoc videtur sufficere. arg. quod cuiusq; vniuersi. l. item eorum. §. actionem. et. l. ij. ibi quod non erit dicendũ ꝛc. ꝛ. l. nulli. ꝛ. ff. de fideius. l. mortuo. quia syndicus representat totam vniuersitatẽ: et ideo dicitur syndicus idest singulorum causam dicens ꝛc. ¶ Et qui per alium facit per seipsum facere videtur ꝛc. dummodo syndicus sit legitime constitutus: vt. d. l. nulli. Nam omnes consiliarij sunt vocandi vel sono campane, vel voce preconis prout moris est: vt quod omnes tãgit ab omnibus approbetur. C. de auto. prestan. l. j. ¶ Sed saltem due partes omnium consiliariorum debent esse presentes ꝛ maior eorum pars debet consentire: vt in dictis. ll. et. ff. ad munici. l. maior. et autoritas etiam superioris et consensus debet accedere: vt. l. si decretum ordinis. C. de seruis reipublice ma. cum similibus.

¶ Finis huius operis.

# ¶ Questio do. Jo. Andree.

¶ De clericis relinquentibus habitum ꝛ tonsuram, ꝛ delinquentibus qualiter puniantur. Rubrica.



1 Quia sepe † querimus ꝛ dubitamus de clericis relinquentibus habitum et tonsuram et delinquentibus, vel facientibus contrarium ordini clericali. ad dubitationem tollendam
2 omnium decretaliũ sic distingue. ¶ † Aut clericus clericaliter ducit vitam suam: aut nõ. Et si quidem viuit clericaliter et delinquit in habitu quocunq; modo et qualitercunq; non amittit priuilegium nec potest capi detineri, vel puniri per iudicem secularem: et percutiens, vel capiens incidit in canonem late sententie. xvij. q. iiij. c. si quis suadente. et in casu loquitur. s. de iudi. c. si quis ab homine. quod apparet ex verbis ipsius. c. que dicunt ipsum esse clericum et in ordinibus constitutum assertiue. ꝛ hoc nisi fuerit incorrigibilis ꝛ fuerit depositus per iudicem ecclesiasticum: et traditus postea curie seculari: vt ibi dicitur. ¶ Si vero clericus non viuit clericaliter. ¶ Distingue, aut portat tonsu-
3 ram et habitum aut nõ. ¶ † Et si quidem portat tonsuram et habitum: tamen vadit negociando, vel tenet tabernam, vel stat ad aliquam stationem: et ad faciẽdum aliquem mercantiam. ¶ Et tunc non perdit priuilegiũ clericale nisi post trinam admonitionem: et in hoc casu loquitur extra de vita et hone. cleri. c. si. et hoc apparet per id quod dicitur in. d. c. quidam clerici ꝛ c. et ita ponit assertiue: et postea dicit in negociationum suarũ questionibus per quod apparet quod loquitur quando clericus mercatur et negociatur causa lu-
4 cri et questus. ¶ † Si vero accipit secundam vxorem, vel viduam, vel facit se militem, tunc ex toto amittit priuilegium clericale: q2 in talibus non cadit caracter ordinis clericalis: vt. lxxxiij. distinc. c. quisquis. et extra de bigamis. c. ij. et. iij.
5 ¶ † Si vero accepit vxorem vnicam ꝛ virginem tunc portãdo habitum et coronam et clericaliter viuendo non perdit priuilegium clericale: vt extra de vita et hone. cle. c. clerice. si tonsura dimissa, alias si accipit vxorem et relinquit habitum clericale perdit priuilegiũ: vt extra de clericis coniug. c.
6 pe. et. c. Joannes. et ibi no. ¶ † Si vero non coniugatus et non portat vestes nec habitum nec tonsuram clericalem. et facit aliquid contrarium ordini clericali, vel delinquit: tunc distingue. Aut leuiter delinquit, vel aliquid facit contra regulam ordinis clericalis: vt quia portat arma, vel ludit ad tabulas in vijs, vel mutuat ad ludum et vadit venando: et tunc si aliquis ignorans eum clericum committat in eũ non incidit in penam canonis si quis suadẽte ipsum percutiendo, vel feriendo: secus si scienter: vt extra de senten. excom. c. sacro. et l. si. ꝛ hoc. nisi post trinam monitionem: q2 tunc perdit omne priuilegium. extra de. senten. excom. c. in audientia. vbi dicit quod portabat arma relicto habitu et tonsura clericali. et in. c. si contingat. dicit quod delinquit seculari luxu. et ita quodãmodo non delinquit leuitatis causa. seu muta. per que apparet quod in ipsis capitulis loquitur quãdo le-
7 uiter delinquit vel modice. ¶ † Si vero relinquit habitum et tonsuram et immisceat se enormitatibus: vel seua exerceat et in istis perseueret, ita quod hoc faciendo fuerit deprehensus per iudicem secularem, vel offensus fuit per alium tunc nullo gaudet priuilegio, vel beneficio: ꝛ in his casibus loquitur extra de apostatis. c. j. et. c. priuilegijs. et exces. prela. c. ex parte. circa fi. ꝛ. c. perpendimus. ¶ Et eñ ratio manifesta q2 cum elegerit vitam secularem ipsius vite debet subijci disciplinẽ iuxta illud dignũ est: vt qui cum alijs similem vitã suscipiunt similẽ in legibus sentiant disciplinam: vt extra de sta. mo. c. recolentes. ꝛ per hoc reducentur ad concordiam glos. Inno. Ber. et aliorum doctorum. Deo gratias, Amen.


¶ Primum volumen maleficiorum in quo continentur tractatus ad materiam maleficiorum pertinentes: et per quam necessarij dñi Angeli de Aretio: ac dñi Alberti de Gandi. necnon domini Bonifacij de Uitalinis de Mantua. J. U. claris. doc. cum disputatione do. Joan. Andree: et cum quibusdam allegationibus in causa adulterij. J. U. principis do. Alexandri de tar. de Jmola: et respõsionibus do. Agostini de Arimino: nuper repertis: et in hoc volumine fol. 56. Impressis: et alijs nouis apostolis locis suis insertis: cum summarijs nouiter adiunctis: et Repertorio copiosissimo nuper excogitato. Deo maximo cum Uirgine matre concedentibus, Feliciter finem cepit.

¶ Lugduni,
Excudebant Stephanus Rufinus, et
Joannes Ausultus.

1542.


## Regestum.


a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E. Omnes sunt quaterniones Dempto E qui ternione completur.

# Tabula rubricarũ in hoc volu. Bonifacij contentarum.



¶ FINIS.

141

D. ANGELUS
Aretinus,
Sup.
maleficis.

colorchecker CLASSIC




calibrite